Q. D. B. V.

DISSERTATIO JVRIDICA DE JVRE OCCVRSVS,

QVAM

PRAESIDE

DN. NICOLAO CHRISTOPH. LYNCKERO,

HEREDITARIO in Kötschau ET Fluhrstädt,
JCTO CONSVMMATISSIMO, CONSILIARIO SAXO-ISENACENSI ET JENENSI AVLICO SPLENTISSIMO, FACVLTATIS JVRIDICAE SENIORE SPECTATISSIMO, ET PROFESSORE PRIMARIO, CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS ASSESSORE GRAVISSIMO,

DN. PATRONO, PRAECEPTORE AC PROMOTORE SVO AETERNVM DEVENERANDO,

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

IOANNES MAVRITIVS Triller,


BÜRG. THVR.

AD D. FEBRVAR. MDCLXXXVI.

H. L. Q. C.

WITTEBERGAE RECVSA MDCCXLIX.





Augſpice Chriſto!



Non absque ratione verba iſta effuſa eſſe videntur, quæ *Colotes Epicureus* apud *Plutarchum libr. 1. adverſ. Colot.* profert: *Si quis leges & ordinem civilis ſocietatis tolleret, futurum, ut vitam viveremus ferarum & qui alium haberet obvium, ipſum tantum non devoraret.* Poſteaquam enim beatisſimum innocentiæ ſtatum perdidimus, adeo corrupta eſt noſtra natura, ut homini ab homine fere quotidianum inſtet periculum, alter alteri ſæpiſſime lupus ſit, multique effigies quidem habeant humanas, animos autem ferarum, quas etiam non raro malitia præcedunt, ſiquidem nulla fera ſui generis feris, niſi extremæ famis tempore, parat inſidias, ſed regulariter tantum iis, quæ generis ſunt diverſi, homini vero hominem, qui eſt ejusdem generis, cum quo communia varia habet Jura, rationem, Dei cognitionem, cognationem, & alia, per-

dere sæpius libet: in quod etiam vitium abominandum satis invehitur *Juvenal. Satyra 15. v. 160. 165.* ibi:

Sed jam serpentum major concordia parcit
Cognatis maculis similis fera quando Leoni
Fortior eripuit vitam Leo? quo nemore unquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuam: sævis inter se convenit ursis:
Ast homini ferrum lethale incude nefanda
Produxisse parum est, &c.

Præviderat hæc omnia ab æterno omnipotens hujus Vniversi Conditor & Conservator: ideoque, pro sua singulari & sapientissima providentia, quo magis ad Societatis cultum rapiamur, nos multarum rerum ad vitam commode agendam egentes & præ aliis animalibus maxime imbecilles esse voluit. Quæcunque enim animalia vaga nascuntur, & actura vitam segregem, armata sunt, & post partum statim de loco ad locum sese movendi capacia, vestimentoque a Natura contra hyemis & tempestatum injurias satis firmo prædita, cibum ac potum ubique a cœlo & annis datum facile reperiunt: E contrario hominem undique imbecillitas cingit, non unguium vis nec dentium terribilem cæteris fecit, nudum & infirmum Societas munit, adeo, ut nisi alter hominum alteri auxiliaretur mutuaque sibi invicem præstarent officia, vita eorum non tantum foret miserrima; sed etiam haud diu durabilis. Quamobrem homo homini inserviendo victum & amictum quærere & Societatem colere debet, ipsa volente Natura, & hanc ejus voluntatem inter alia potissimum

ex

ex eo colligere possumus, quod nulli provinciæ omnia, quæ ad vitam commode transigendam necessario requiruntur, largita fuerit: siquidem hic bene vigent farra, illic felicius veniunt uvæ, alia tellus oleis convenit: alia variis arboribus fructiferis, & quæ torridæ regiones ferunt, frigidæ nobis denegant ac vice versa, ut ita diversæ provinciæ rerum diversarum proventu gaudeant, quæ beneficio commericiorum importari & exportari solent. Et his quidem maxime inserviunt itinera, non illa solum, quæ in terra, sed etiam quæ in mari aut fluminibus majoribus solent fieri. Quoniam vero itinera facientes mille periculis & incommodis sunt expositi, hinc ab omnium seculorum memoria recte constitutis Rebuspublicis omnis cura in eo fuit posita, ut non solum viæ ad itinera conficienda aptæ conservarentur, sed etiam sub salutarium Legum præsidio quisque non minus in via publica, quam privata securus sua peragere & commeare posset, nam publice illud est utile per *l. 1. ff. de his qui effud.* Imo etiam veteribus erant Dii, qui Lares Viales, Dii vii, (a Græcis dicti Θεοὶ ἐνόδιοι) item Dii semitales vocabantur, uti differit *Scaliger. in Catalect.* & *Turn. l. 7. Adv. c. 15.* conf. *Beckmann. de origin. Lat. L. p. 418.* Quam multi præterea fuerint Patres Romani tam in constitutione, munitione & marginatione, quam conservatione viarum, vel sola via Appia satis probare potest, quæ omnium aliarum quasi regina 350. milliarium longitudinem & 25 pedum latitudinem habuit, ut duo currus ex adverso obvii libere pervadere & commeare valerent. *vid. Lips. lib. 3. Admir. p. m. 243. & seqq.* Et ejusmodi quidem

dem curam primo gerebant Censores, teste *Liv. Hist. lib. 41. cap. 27.* deinde Ædiles, teste *Georg. Eberlin. de O. I. c. 22. & 25.* postea Quatuorviri, quorum mentio fit *l. 2. §. 30. ff. de orig. juris*, tum iterum Ædiles, qui ideo viocuri dicebantur *Paul. 3. sent. 6.* §. 2. & tandem etiam Quæstores *vid. Suet. in Claud. cap. 24. conf. Magnif. Dn. Struv. Syntagm. Jurisprud. Ex. 45. §. 75.* Nec sequentibus temporibus Imperatores instructionem publicæ viæ inter sordida numeravere munera; sed potius constituerunt, ut ad instructiones reparationesque viarum nullum hominum genus nulliusque dignitatis ac venerationis meritis cessare deberet, de quo *vid. l. 6. Cod. Theod. de itin. mun. & l. 4. C. de privil. dom. Aug.* Quid? quod Jus securitatem in viis publicis procurandi pertineat ad summam potestatem, cui analogam quandam habet quilibet Princeps in suo territorio, quæ exhinc Superioritas territorialis appellari solet. Cæterum non minus notabile est dari adhuc hodie Romæ Viocuros vocatos die Strassen-Meister/ quales etiam, cum Regina Suecorum Christiana Anno 1655. Romam intraret, totum Comitatum antecesserunt *vid. Theatr. Europ. Tom. V. p. 751.* & in Gallia peculiarem Regium Magistratum, qui dicitur *Ministre des ports, passages & chemins*: *teste Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 2. n. 15.* & *Hornik de Jure Post. C. XVIII. theorem. 13.* In viis itaque uti supra diximus, tam publicis, quam privatis, cum ob varia negotia variæ conditionis homines quotidie versari, incedere & retroire necesse habeant, alter alteri plerumque obviam fiat & circa ipsum occursum varia accidant, quæ sub cognitionem Jurisprudentiæ

ca-

cadere possunt, nostrum putavimus de eo, quod circa occursum justum est, loco speciminis alicujus Academici, hanc qualemcunque, pro judicii imbecillitate, dissertationem scribere, faxit Deus, ut omnia cedant feliciter!

CAPVT I.
DE
DEFINITIONE, DIVISIONE ET CAVSIS.

Disputaturus de quavis materia ante omnia inquirere debet, unde vocabula descendant, quid sit res, deinde etiam quotuplex sit. Primum itaque considerandum erit, unde vox primaria *occurrere* suam trahat originem. Descendit autem illia ex præpositione *ob* quæ hic significat contra, & verbo *occurro*. Sed hæc cuilibet tam nota sunt, quam notissima. Cæterum quod ad HOMONYMIAM attinet, varias significationes hoc vocabulum habere solet. Sumitur enim pro verbo invenire, vel scire *l. 14. ff. de præscript. verb.* &c. pro voce impedire, vel prohibere *l. 1. §. 2. ff. de Aedilit Edict.* pro vocab. esse vel adesse *l. 6. ff. de serv. export. l. 2. §. 4. ff. de suis & legit. hered.* Idem significat ac abstat, dubium movet, vel ratio dubitandi est. *l. 38. §. 1. ff. ad L. Jul. d. adult. l. 19. §. 3. ff. de veteranis l. 12. §. 8. ff. de capt. & postl. Nov. 111. cap. 1.* Idem significat, quod

quod vox Accidit, *l. 56. ff. de furtis* & Itali etiam in tali sensu illud usurpant: varias quoque præterea significationes habet apud Poetas & alios scriptores: *occurrunt nubes & fulgura ap. Juvenal. Sat. 14. §. 291. & Sanazar. lib. 3. Eleg. p. 139.*

custos in limine Janus
occurrat lætis obvius hospitibus.

villa occurrit F[illegible]nio. Sen. Ep. 55. p. m. 139. idem quod vox respondere significat apud *Tacit. Annal. 14. cap. 55.* interdum idem est ac in tempore venire *vid. Gronov. not. in Controv. Sen. XI.* pro formula in mentem venire ponit *Seneca Ep. 76. p. m. 186. Ep. 83. p. 266. & lib. de ira p. 22.* utriusque *ad animum occurrit. Cæs. de bell. Gall. lib. VII. cap. 85. n. 2.* Ipsum etiam nomen occursus eiversimode usurpatur, ita *occursoria potio* dicitur *in Apul. Miles. 9.* et in arte chymica, quando circulationis instituendæ causa, collum phiolæ elicujus alterius phiolæ inversæ collum recipit, atque horum junctura luto congruo obturata conspicitur, apparatus hic vocatur *vas occursus.* Gallis un *vaisseau de rencontre Germ.* ein Begegnungs-Gefäß. De SYNONYMIA ut pauca quædam addamus, verbum occurrere Græci indicant per vocab. *ἀντιᾶν*, Galli exprimunt per *rencontrer*, Itali dicunt *contrare. undar incontro, scontrare & incontrare uno, Angli to meet*, Latini obviare, obviam venire, occursare, obvenire &c. Germ: begegnen entgegen gehen, entgegen kommen. Præmissis jam præmittendis, ipsam definitionem secundariam sive descriptionem occursus aggredimur, quæ in his verbis consistere poterit: *Occursus est unius ad alterum sive contra-*

travenientem sive morantem tam in publico, quam in privato accessus. Dividitur vero ratione causæ efficientis in FORTVITVM & PRAEMEDITATVM, eumque vel *divinum* h. e. qui ex voluntate Dei ab angelis, aut hominibus, aut aliis creaturis peragitur, vel *humanum* proprie sic dictum: ratione loci in *publicum*, vel *privatum*, *terestrem* vel *marinum*: ratione denique temporis in *diurnum* vel *nocturnum* &c. Occursum fortuitum quod concernit, in illo singularis omnis aliquid inesse jam a multis seculis creditum fuit & notabile exemplum nobis ipsa S. S. suppeditat *Jud. XI. V. 31. & 34. 35.* ubi dicitur Jephtam Deo, sub conditione concessæ victoriæ, votum fuisse, quod, quicquid sibi post partam victoriam redeunti e foribus domus suæ in occursum egressurum esset, ipsi in holocaustum offerre vellet. Præterea cum inter Carthaginem & Cyreneas de margine agri pertinacissima contentio esset, placuit tandem utrinque eodem tempore Juvenes mitti, & locum, in quem ii convenissent, finem ambobus haberi populis. *vid. Val. Max. dict. fact. memorab. lib. 5. cap. 6.* idem Autor ridiculum casum *lib. 7. cap. 3.* his verbis enarrat: *Cum Alexander Macedonum rex forte monitus, ut eum, qui sibi porta egresso primus occurrisset, interfici juberet, asinarium forte ante omnes obviam factum ad mortem arripi imperavit. Eoque quærente quidnam se immertem innocentemque capitali supplicio addiceret; cum ad excusandum factum suum oraculi præceptum retulisset; asinarius, si ita est, inquit, rex, alium sors huic morti destinavit: nam asellus, quem ego ante me agebam, prior tibi occurrit. Delectatus Alexan-*

xander & illius tam callido dicto, & quod ab errore ipse revocatus erat, occasionem in aliquanto visiore animali expiandæ religionis rupuit. Neque illud prætereundum videtur, quod apud veteres Romanos virgines Vestales casu obviæ homini, qui ad supplicium ducebatur, ipsum morte liberare potuerunt, teste *Lips. in Append. Admirand. cap. de Vesta & Vestal. p. m. 364.* Vnde etiam ad harum exemplum Clerici postea hanc sibi licentiam sumsere, ut eriperent ad supplicium ducendos, injecta manu, quod tamen tandem vetuit Theodos. Imperator per *l. 15. C. Th. de pœnis.* Olim quoque si delinquens, qui ad locum supplicii deducebatur, ante Sacerdotem Jovis, qui appellatus fuit Flamen Dialis, in genua prociderat, totum diem istum ab omni vi immunis erat. *Gothofred. Archont. Cosm. p. 27.* Hodie Cardinales non meliori fundamento innixi, quam supra dicti Clerici, hanc facultatem se habere prætendunt, ut si fortuito occurrant ejusmodi delinquenti ad locum supplicii eunti, injectione pilei vel vestis eum a morte liberare possint, *vid. Paulus Castrensis ad l. 29. C. de appellation. Tiraquell. Tr. de pœn. temp. aut remitt. caus. 55. Gothofred. comment. ad l. 15. C. Th. &* Cardinals Hut *part. 3. c. 2. f. ibi:* Ein zum Tode verurtheilter, wenn er zum hohen Gericht geführet wird, und einem Cardinal begegnet, wird von demselben loß gesprochen. Ejusmodi autem privilegia, tanquam de facto & propria autoritate introducta & cursum Justitiæ impedientia, merito videntur pro injustis declaranda esse. Hactenus de occursu fortuito; de præmeditato cum pluribus agendum sit, infra dicendi erit locus. Iam igitur

tur

tur ordo requirit, ut progrediamur ad ipſas cauſas, inter quas jure meritoque principem tenet locum CAVSA EFFICIENS PROXIMA, qualis eſt ipſe homo, ut ita Deus duntaxat tanquam cauſa remota & prima concurrat; CAVSA MATERIALIS ſeu OBJECTIVA eſt vel angelus, iſque aut bonus, aut malus, qualia exempla habet *Mart. Zeiler. Theatr. Tragic. in tragœd. 2. p. 3. & 20.* vel homo, & hic iterum aut junior, aut ſenior, aut vir, aut fœmina, adoleſcens aut virgo, puer aut puella, vel denique brutum. FORMA ESSENTIALIS GENERICA conſiſtit in ipſa unius ad alterum acceſione: Ratione autem FORMAE ACCIDENTIALIS occurſus fit vel in publico; vel in privato, vel mari, vel terra, vel diurno vel nocturno tempore, vel in bello, vel pace, vel durantibus induciis. CAVSA FINALIS diverſa eſſe poteſt, honor, auxilium, defenſio, offenſio &c.

CAPVT II.
DE EFFECTIBVS.

Poſitis cauſis ordinarie ſequi ſolent *Effectus*, horum in noſtra Materia præcipui ſunt *Salutatio*, *Ceſſio*, *Viſitatio*, *Aduvatio*, *Ablatio*, *Prohibitio*, *Defenſio*, & *Offenſio*. Primo itaque conſideranda erit amica Salutatio, quam per multa ſecula inter homines in uſu fuiſſe etiam ex S.S. probari poteſt, ita *Matth. c. 28. v. 9.* Salvator noſter poſt reſurrectionem occurrens mulierculis, quæ tumuli viſitandi gratia venerant, dixit *avete*, ita, porro *Marci c. 12. v. 38.* mentio fit Phariſæ-

 orum

orum salutationes in foris amantium. Fiebant autem salutationes non per verba tantum; sed gestus etiam certos, v. g. flexionem genuum sive incurvationem, de qua *vid. Genes. 33. v. 6. 7.* aut osculationem, de qua *cap. eod. v. 4. & Exod. c. 4. v. 14.* quin etiam, si persona magnæ dignitatis occurrebat, plane in genua procidebant, aut super faciem suam, quemadmodum etiam fecit Obadias in occursu Eliæ, *vid. 1. Reg. c. 18. v. 7.* Cæterum pro diversitate populorum diversus etiam singulis salutandi mos fuit & adhuc hodie observatur. Apud veteres Persas, qui æqualis ætatis & conditionis erant, salutabant se invicem mediante osculo; inferioris status homines vero genua flectebant erga Superiores. *Arcbont. Cosm. p. 609.* Incolæ regni Congo mane se invicem salutant & si ipsis gravis aliquis vir occurrit, in genua procidunt, nec prius surgunt, quam ille salutatus dicat Fujo Fujo, in hac enim loquendi formula salutatio ipsorum consistit. vid. *ibid. p. 722.* Sinensibus nec detractio pilei a capite, nec pedis in gyrum versio, nec ulla osculatio pro signo civilitatis habetur; sed sibi occurrentes proximus jungunt manus, quas, inter eundum, pene semper in amplis manicis vestimenti superioris compositas tenent, et simul cum his illas non sine singulari civilitate attollentes ac deprimentes se invicem admodum modeste alloquuntur, ubi quoque verbum Cin, quod tantum in salutatione usurpant, bis repetunt: item quando propinquitate conjuncti sibi occurrunt, totum corpus ter adeo incurvant, ut capite & manibus in manicis compositis terram tangant, *vid. Jo. Neuhof. Itinerat. Sin. p. 269.*

p. 269. Imprimis etiam ſequiorem ſexum admodum honorant, illumque humillime ſalutant *Arcbont. Coſm. p. 683. & 684.* Reguli Africani tributarii magni Regis in Zenega quam humilem & cum ſparſione arenæ ac pulveris in caput & humeros, in ſignum humilitatis & reverentiæ, conjunctam ſalutationem a ſubditis ſuis exigant, *vid. Franciſci* Luſt. Schau, Bühne *Tom. III. p. 691.* Portugalli etiam Indiam inhabitantes, ſi alter alteri obviam fiat, variis uti ſolent ceremoniis & ſi ſalutatus non rurſus ſalutat, pro injuria illud interpretantur *Arcbont. Coſm. p. 243.* Notandum præterea, quod Romæ olim candidati tenebantur ſingulos cives nomine ſuo ſalutare, quoniam autem in tanto populo fieri non poterat, ut omnes æque cogniti eſſent, hinc miniſtrum Romani inſtituerunt, qui Candidato nomina omnium civium, ut quisque occurrebat, ſuggereret, eumque Nomenclatorem vocarunt, *Cic. pro Murena* monitorem, *Feſtus* fartorem vocavit, eo quod velut in aures Candidati infarciret nomina ſalutandorum civium. *conf. Roſin. Antiquitat. Roman. lib 7. cap. 8. lit. c.* Dantur quoque populi, qui nec capitis denudatione, nec verbis, ſed certis tantum geſtibus ſalutationem peragunt, ita Raguſini tecto capite & ſolum geſtibus quibusdam ſalutare dicuntur a *Gotbofred. Arcbont. Coſm. p. 514.* nec Turcæ caput detegere ſolent, teſte *eodem Autore p. 596.* Tranſimus jam ea, quæ memorantur de fœminis Arabum circa Tunis & Teleſſin in deſertis circumvagantium, hæ vultum larva duo foramina habente contegunt & ſi ipſis vir venit obviam, illico abſcondunt vultum ſuum atque ſilentes prætereunt:

unt: ſin unus ex cognatis aut conſanguineis, occurrit, denudant faciem, nec prius iterum tegunt, quam ille præterierit, vid. *Francisci* Luſt. Schaubühne *Tom. III. p. 496.* Omittitur ſalutatio vel certo tempore, qualis mos eſſe fertur apud Abyſſinos, qui, proxima ante feſtum Paſchatos ſeptimana, nec lavacris utuntur, nec ſe ſalutant invicem *Archont. Coſm. p. 715.* vel ſemper, uti receptum eſt in plerisque Emporiis & majoribus quibusvis civitatibus, ii tamen, qui bene ſe norunt, ſalutatione vel per verba & oblationem ſervitiorum, vel aliud ſignum benevolentiæ nihilominus uti ſolent. Ita in Gallia ſibi invicem bene notis in uſu eſt oſculatio, & dicitur hoc *ſalüer a la Francoiſe.* Apud Romanos etiam oſculationes obviorum non inuſitatas fuiſſe apparet ex *Maritial. lib. 7. epigram. 94. & lib. 8. epigr. 44.* Legatos tamen populi Romani non licebat iis ſalutare oſcularique, qui plebeji erant, licet forte olim ſe bene noviſſent, idque patet ex *Spartiano*, qui in Severo: *Legationem*, inquit, *Proconſulis Africæ accepit, in qua cum eum quidam municipum ſuorum Leptitanus, præcedentibus faſcibus, ut antiqvum contubernalem, ipſe plebejus amplexus eſſet, fuſtibus eum ſub elogio ejusdem præconis cecidit, Legatum populi Romani homo plebejus temere amplecti noli &c.* idem conſtat ex *Tacito Annal. 15.* plebejos & nulla dignitate ornatos arceri ſolitos a complexu obtinentium Provincias, *conf. Gothofred. comment ad l. 5. C. Th. de Proximis, Comitibus &c.* Honeſta Sexus fœminini perſona qualem ſe exhibere debeat erga ſalutatores vid. *Senec. 2. controv. 15. ibi*: *Matrona* inquit *jacentes in terram ferat oculos, adverſus officioſum ſalutatorem*

torem inhumana potius quam inverecunda sit: etiam in necessariam resalutandi vicem multo rubore confusa. De reliquo salutatio signum putatur esse ceconciliationis, vid. *Schneidw. ad §. fin. J. de Injur, num. 3.* sicut e diverso salutationis subtractio signum est inimicitiarum, ut notat *gl. in c. cum Adrianus 63. dist. & vid. Abb. in proœm. Decret. n. 6. & in c. olim ante fin. extra de injuriis. conf. Capellam Tholosanum decis. 233.* Sed hæc hactenus. Salutationes inter Magnates dignitate pares magis considerari merentur. Horum enim cum nullus ab altero dependeat, alterque aut dominium maris prætendat, aut ob majorem suam potentiam prærogativam sibi acquirere velit, sæpius accidit, ut occasionem ad bella, maximo cum subditorum damno, pariat omissa salutatio, quæ in mari inprimis, si duæ classes sibi occurrant, explosione aliquot tormentorum peragitur; sin vero naves vel Regiæ vel Rerumpuplicarum bellicas sibi obvias habeant, & vice versa, demissione velorum, vulgo dicta, das Seegel streichen, quæ quidem jam olim in usu fuit, *teste Appiano lib. 6. Civilium*, ubi meminit Domitii Aenobarbi & Antonii prætorias naves casu sibi obvias fuisse. Est autem duplex & fit vel hoc modo, ut superior pars mali submittatur, moxque rursus attrahatur, daß am Mittelmast die oberste Flagge ein wenig herunter gelassen und bald wieder aufgezogen wird; vel etiam, wenn das Top-Seegel halb hernieder gelassen und nicht ehe, biß man einen Canonen-Schuß weit in der See ist, wieder aufgezogen wird. &c. *vid. Stypman. de jure Maritim. p. 5. cap. 1. n. 21.* Cæterum Henricus II. & III.

Gal-

Galliæ Reges voluerunt quidem in Conſtitutionibus ſuis *de Anno* 1555. *&* 1584. ut naves Exterorum per mare Galliis conterminum tranſeuntes recognitionem dominii Marini Gallis competentis velorum ſubmiſſione declararent, ſed absque ſperato Effectu. vid. *Jo. Marquard. de jure Mercatorum & Commerciorum lib. 2. cap. cap. 5. p. 226.* Navibus tamen Regum Angliæ honoris cauſa, ac in dominii Maris recognitionem, ex Jure antiquiſſimo præſtitam fuiſſe velorum demiſſionem ait *Seldenus de Dominio Maris Britan. lib. 2. cap. 26.* Neque hodie Angliæ Reges Jus hoc alii cedere volunt, unde etiam Ludovicus XIV, ut diſcordiis occaſionem ſubtraheret, cum Carolo II. pactum fecit de plane intermittenda velorum demiſſione ad certum tempus, quod cum anno præterio finitum ſit, Jacobus II. tale pactum iterum inire recuſavit, & velorum ſubmiſſionem denuo poſtulavit, uti ex Novellis anni illius notum eſt. Quamvis autem talis velorum demiſſio non ſemper imperium Maris arguit, ſed honoris argumentum ſit, nec navigationis libertatem imminuat. *teſteſte Loccen. de Jure Maritim. lib. 1. cap. 4. n. fin.* Quoniam tamen ex tali benevolentiæ ſigno & in arbitrio partis exhibentis poſito altera pars ſæpe debitum facere vult, & ita bella excitantur, quale etiam *Anno* 1652. inter Anglos & Hollandos eandem ob cauſam ortum fuit: *vid. Sam. Pufendorffii* Einleitung zu der Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten, *cap. 4. p. 299. & cap. 6. p. 522.* hodie tam Magnates, quam Reſpublicæ majores per certa pacta ſuperfluis ceremoniis convenire ſolent, & tale pactum inter Regem Sueciæ & Daniæ

fa-

factam etiam esse ex *Certificatione navis Suec. de Anno 645. artic. 14.* apparet: Damit auch kein Mißverstand einreissen, oder zwischen diesen Reichen erwachsen möge / wenn etwa beyder Reiche Schiffs-Folten sich begegnen, oder ein Orlog-Schiff dem andern begegnet / oder das Schwedische ex occasione in den Sund oder Belt kommen, und allda Ihrer Königl. Majest. in Dennemarck Schiffe oder Flotten für sich finden, oder diese an einige Oerter oder Hafen, da Schwedische Schiffe oder Flotten sich befinden / kommen möchten, so hat man sich hierüber auch dergestalt verglichen, daß, wenn des einen Reichs Flotte der andern in der Ost- oder West-See begegnet / oder in einige Hafen kömmt, soll die eine die andere freundlich empfangen / und beyde einander mit freundlicher Losung begrüssen und ehren, aber nichts drüber versuchen, oder einige Justification, was für prætention auch einer oder der andere über das Dominium Maris oder den Hafen zu machen hat oder vermag / anmuthen. Dasselbige soll auch, wenn ein oder zwey Schiff einander begegnen, und also eine Flotte machen, in Acht genommen werden. Da aber ein oder zwey Schiff einer gantzen Flotte begegnen, alsdann soll dasselbe oder beyde nebenst der Lösung das grosse Topsegel so lange fällen, biß solches oder selbige die Flotte vorbey paßiret, oder die Flotte in den Hafen gesetzt hat / und werden nicht weiter weder zu Einwickelung der Flaggen oder dergleichen gehalten / noch ihnen ein mehrers zugemuthet. Auf den Fall aber, daß mehr als zwey Schiffe einander folgen, und also eine Flotte machen / alsdenn soll man sich beyderseits mit

der Losung vergnügen lassen, und keinen weder die Fällung des Topsegels noch etwas anders angemuthet werden. *vid. Theatr. Europ. Tom. V. p. 879.* Serio quoque Magnates inculcant hoc suis officialibus, ne in ejusmodi casibus aliquid de Jure Principalium suorum auferri patiantur & si contra faciunt, pœnam incurrunt. Exemplum tale vidit Anglia *Anno 1661.* ubi, cum Legatus Suecorum, habita Londini Audientia, in Tamesi uni de primariis Angliæ navibus bellicis, dictæ der Königliche Carl, & 104. tormentis exarmatæ occorrens, in navi tantum 20. tormentis gaudente, more consueto, vela non demisisset, adeo malam in partem hoc acceptum fuit, ut Anglicus Capitaneus Holmes, qui navem Carl ducens decentem honorem sibi exhiberi non curaverat, in vincula conjiceretur & tandem officium etiam suum amitteret. Pacta autem ejusmodi demissionem velorum concernentia plerumque adjici solent Articulis vel Pacis, vel Fœderum Socialium. Ita *Articulis Fœderis inter Regem Angliæ & Belgium confœderatum facta die 4. Septembr.* Anno 1662. sequentia erant adjecta: Desgleichen daß diejenigen Schiffe und Fahrzeug der vereinigten Niederlande so wohl zum Kriege als feindliche Gewalt abzutreiben zugerichtet, als andere, welche in der Engelländischen See eines von S. K. M. Kriegs-Schiffen antreffen würden, die Flagge über dem Mast-Korbe solten streichen, und den Mars-Segel fallen lassen, gleich wie es vor diesem und bey voriger Regierung bräuchlich gewesen. *vid. Theatr. Europ. Tom. IX. p. 706.* Præterea in *Recessu Pacis inter Rempublicam Anglicanam*, durante Procto-

tecto-

tectoratu Cromvvelliano, & *Belgium Confœderatum* talis facta fuit conventio *Artic. 13.* Item, daß die Schiffe und Seefahrer der vereinigten Provintzen, so wohl zum Orlog/ dem Feindlichen Gewalt Wiederstand zu thun, als andere/ welche auf der Britannischen See einige Kriegs-Schiffe dieser Republick würden antreffen/ die Flagge von dem Mast streichen und das Mast-Seyl niederhalten sollen, gleichwie es vor alten Zeiten unter einigen vorigen Regierungen immer ist gehalten worden. *conf. Theatr. Europ. Tom. VII. p. 656.*
Neque vero in mari solum, sed etiam in via publica sibi occurrentes Regii imprimis Ministri, nomine Principalium suorum, talia benevolentiæ & reverentiæ signa postulare solent, præsertim, si carpenta obvia in lateribus non sunt obvelata. Sic *d. 20. August. Anno 1642.* inter Episcopum *de Lamego* & Marchionem *de Los Velex* Hispanicum Ambassiadorem, eandem ob causam, Romæ in via publica ad arma ventum est, & ab utraque parte quidam interfecti. *vid. Wicqueforts Ambassadeurs* Verrichtungen *lib. 1. sect. 3. p. m. 35.* Utrum tamen talium ceremoniarum omissio tanti momenti sit, ut sanguinem humanum ideo effundere liceat, in medio jam relinquimus.

CAPUT III.
DE CESSIONE, VISITATIONE, ET ADIVVATIONE.

De Salutatione egimus, de Cessione nunc agemus, ubi primum notandum, fere naturalem videri cessio-

cessionem, quæ fit Majori a Minori, quoniam illud ipsum etiam in brutis observare solemus. Est autem cessio necessaria interdum reverentiæ causa, interdum etiam ob viarum angustias. Reverentiæ causa olim fieri solebat apud Aegyptios, ubi, quando juniores Senioribus occurrebant, via cedebant, aut sedentes forte sedes suas in adventu illorum deserebant, flexoque capite & manu exporrecta ipsos salutabant. vid. *Archont. Cosm. p. 588.* & eleganter *Juvenal. Satyr. 13. §. 55. de Aboriginibus ait:*

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunque puer, licet ipse videret
Plura domi fraga & majoris glandis acervos
Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,
Primaque par adeo sacra lanugo Senecta!

imo in ipsa S. S. mandatum divinum de honore Seniorum non omittendo legimus *Levit. 19. v. 32.* ibi: *Ante canitiem assurge & honora faciem senis, metuasque Deum tuum &c.* Et apud Romanos senes omnibus in omni loco inque omni honoris specie priores potioresque habiti. *conf. l. 5. pr. ff. de jur. immunit.* Sexu muliebri quamvis virilis sit dignior, quoniam tamen, ex sententia *D. Petri 1. Epist. 3.* illi, ut vasi instrumentove propagationi generis humani a cœlo destinato & imbecilliori debemus reverentiam, cessio etiam in viis non facile ab ullo denegatur. Apud Romanos primo virgines Vestales hoc honore fruebantur, ut ipsis Consules Prætoresque vie cederent, vid. *Lips. Append. Admirand. Rom. p. 364.* Deinde vero postquam Veturia mater Coriolani & Volumnia uxor precibus suis op-

pu-

pugnationem Patriæ, quam ille intendebat, averterant, Senatus Romanus inter alia benigniſſima decreta, quibus Matronarum ordinem honoravit, ſanxit etiam, ut fœminis ſemita viri cederent, quia plus ſalutis Reip. in ſtola, quam in armis fuerat, ubi ſimul vetuſtis aurium inſignibus novum vittæ deſcrimen adjectum fuit. *conf. Val. Max. lib.* 7. *Dict. Fact. memorab. cap.* 2. Hodie quoque dantur Barbari, qui in tali veneratione Europæis non cedunt, e. g. in Regno Monomotapa ſexui ſequiori a virili ſummus honor habetur, adeo, ut ipſi etiam Magni Regis Filii, quoties caſu fœminæ occurrunt, ei reverentiam exhibentes via cedant, de quibus vid. *Franciſc* Luſt. Schaubüne *Tom. III. p.* 745. Neque vero ſexus jam dictus ſolo ceſſionis beneficio gaudet, ſed etiam apud gentes moratiores varia alia in ejus honorem nonnunquam decernuntur, hinc, apud Hiſpanos, Equites ordinis de la Bande, quem Rex Alphonſus, Regis Ferdinandi & Conſtantinæ Reginæ filius, *Anno* 1368. in urbe *Burgos* inſtituerat, talem inter alias habebant Regulam, qua occurrens Perſonæ de ſexu fœminino & ſanguine magno tenebatur equo deſcendere, eamque domum comitari, ſub pœna partis de ſalario menſtruo & contemptus virginum. *conf. Autor modo citat. Tom. I. p.* 718. Sexum virilem quod concernit, apud Romanos inter alia Senatoriæ dignitatis viris conceſſa privilegia illud non erat minimum, quod occurrentes ipſis tenebantur equo deſilire, caput adaperire & ſemita cedere, unde *Senec. Epiſt.* 64. *ſub fin.*: *Si conſulem videro aut Pratorem, omnia, quibus honor haberi ſolet honori, faciam: equo deſiliam, caput adaperiam,*

ſe-

semita cedam.[a] Quod ultimo Tiberius etiam in occursu Consulum fecit, ex consuetudine calliditatis suæ, quia circa principium Imperii in venerandis singulis ac universis prope excedebat humanitatis modum *teste Sueton. hist. de vit. Tiber.* §. 29. & 31. Præterea Romani lictores habebant, qui Consulem imprimis antecesserunt, magnoque pluvere gravem & magnæ dignitatis virum venire ostendentes, submoverunt seu via dejecerunt obvios, his verbis: *Date viam Consuli.* Privati vero opulentiores habuerunt agmen cursorum, quod antecedebat & eodem officio submotionis fungebatur, *teste Sen. Ep* 123. Jucundum etiam quoad has ceremonias est exemplum, cujus mentionem facit *Livius Hist. ab urb. cond. lib. 24. cap. 44.* ubi Quintus Fabius Maximus, ut Legatus, ad filium Quind. Fab. Max. tunc temporis Consulem, ad Suessulam, in castra venit, cumque obviam filius progrederetur, lictoresque verecundia majestatis ejus taciti anteirent, non summoventes Patrem, præter undecim fasces equo prævectus: ut Consul *animadvertere primum lictorem* jussit, & is, *ut descenderet ex equo*, inclamavit: tum demum desiliens, *experiri* (inquit) *volui fili, satin scires Consulem te esse.* Nobiles etiam in Indiæ Orientalis certa parte varias prærogativas habere præ iis, qui de sanguine parvo nascuntur, patet ex *Theatr. Europ Tom. IX, p. 845.* Den Adel nennen die auf der Küst von Malabare Nairos, und die haben allein Freyheit Gewehr zu tragen, dergleichen die gemein Leute (Polias) nicht thun mögen, Auf den Wegen und Strassen haben diese Nairos so viel Recht, daß wenn sie nur von ferne ruffen: Po! Po!

Po! welches so viel bedeutet als: Ich komme, aus dem Wege, macht Platz, so darff niemand von den Polias sie hindern oder ihnen in den Weg kommen, sondern sie mögen alles Polias, so ihnen nicht ausweichen, kühnlich darnieder stoßen. Sæpe tamen servi horum Nobilium antecedunt & plebejos submovent, de quo vid. *Arcbont. Cosm. p. 705.* Magnatibus uti in omnibus cedere convenit; ita etiam eorum navibus subditorum naves cedere oportet. Sic navibus Imperatoris Sinensis præ aliis admodum artificiose fabrefactis & splendidis, non tam propter pretiositatem, quam magnam earum dignitatem, omnes naves Præfectorum, si forte ipsis occurrunt, cedere & vela submittere tenentur, vid. *Jo. Neuhoff. Itinerar. Sin. p. 269.* Quin & inter ipsos hujus Imperatoris officiales minor majori cedere debet. Proræ enim navium ad Prefectos Imperatoris pertinentium formam castelli represent ant, ubi semper tubicines & tympanistæ Musicam exercent, cum igitur aliæ naves hæc audiunt, ad latera cedere tenentur. Quando vero navis occurrens alium Præfectum Imperatoris Dominum agnoscit, tunc navi ejus, qui majorem potestatem habet; navis dignitate minoris ad cedendum obligata est, nec ulla tunc oriuntur litigia, quia firma statuta ea de re & decreta facta adsunt, quibus quemque parere oportet. Et quo facile cognosci possit, cui prærogativa debeatur, dignitas cujusque Præfecti inauratis literis pedem cum dimidio longis proræ inscripta est, & præterea singulare varieque coloratum vexillum sericeum ex altero latere navis dependere faciunt. *conf. Autor jam citat. Itinerar. Sin. p. 328.*

Cete-

Ceterum dantur certæ perſonæ, quibus, licet interdum de plebe ſint, & terræ filii aut filiæ, tamen quando onera geſtantes aut aliam ob cauſam difficulter poſſunt cedere, ut ex libera voluntate cedamus, æquitas ſuadet. Harum in numero primum locum tenent cœci ob infortunium ſuum miſericordia digniſſimi, pro quibus etiam curam geſſit ipſa miſericordia divina, unde *Deut. cap. 27. v. 18.* pro maledicto declaratur, qui abberrare facit cœcum in via. Cœcis non immerito ſuccedunt decrepiti, gravidæ ultimis menſibus &c. quos demum ſequntur geſtatores mercium v. g. in Nundinis, qui adventum ſuum clamore prænunciare ſolent, ut & unirotarii, de quibus Amſtelodami ſingularis ordinatio facta dicitur. Cum enim aliquando unirotarius vehiculum ſuum oneratum ante ſe protruderet, & unus e Conſulibus per habitum ſuum pro tali non noſcibilis ipſi obviam factus haud cederet, vehiculum ſuum unirotum in illius pedes impulit, neſciens Conſulem aliquem eſſe obvium, & a Conſule reprehenſus verbis non parum injurioſis uſus eſt, nec prius ſcivit, ſe conſuli moleſtum fuiſſe, quam altera die ad eundem fuit citatus. In reſpectu igitur hujus caſus, tale Senatus fecit decretum, ut unirotariis, ſi vehiculum oneratum habeant, liceat illud ante ſe pellere; ſin autem vacuum habeant vehiculum ſuum, illud poſt ſe trahere debeant. Quoniam etiam non ſolum inter Illuſtres Perſonas interdum ſuper ceſſione in occurſu litigia oriuntur cum cædibus conjuncta, quale exemplum *Anno 1655.* Gallia vidit, ubi Marchio *de Tilladet*, cujus Pater Locumtenens Briſachienſis fuerat, a mini-

ſtro

ſtro Principis d' *Eſpernon* interfectus eſt, quia carpentis amborum ſibi occurrentibus, neuter cedere voluerat. *vid. Theatr. Europ. Tom. V. p. 732.* Sed inter privatos quoque, præſertim in via arctiori ſibi cedere nolentes, naſcuntur facile rixæ, quas nonnunquam ipſæ cædes ſequuntur, qualis caſus accidit *Anno. 1597.* ubi Georg. Wüſt, Pegavienſis, qui aliquando Concionator Caſtrenſis in Hungaria fuerat, ſenem ruſticum ipſi cum vehiculo ſuo cedere nolentem in via publica interfecit & ideo anno eodem die 2. Jul. Lipſiæ fuit decollatus. *conf. M. Erneſt.* Nothwendige Zeit-Gedancken *p. 75.* Hinc neceſſitas omnino poſtulavit, ut variis ſalutaribus Ordinationibus ejusmodi mala præcaverentur. Jure itaque non duntaxat Saxonico; ſed aliis etiam Moribus obtinet, ut minores currus majoribus, pedites equitantibus, equitantes currum agentibus &, inter currus, vacui oneratis, cedere debeant. Si per pontem tranſire velint qui prior, cum clamore vel ſigno dato aſcendit, ab altero expectari debet, aut ſi via adeo auguſta ſit, ut alter obviantium currum ſuum retroducere cogatur, ejus conditio melior eſt, qui prius viam ingreſſus. Quin &, niſi circumſtantiæ aliæ contrarium ſuadeant, hi, qui proximiores ſunt unde exierunt, illis, qui remotiores, cedere debent. Et hoc etiam aurigæ obſervant, ita, ut qui extra communem uſum damnum al quod dedit, ad damnum & intereſſe reſarciendum teneatur, plura de his vid. apud *Magnif. Dn. Struv. Jprud. Rom. Germ. For. lib. 2. tit. 3. §. 8. conf.* Land-recht *lib. 2. art. 59. ibi:* Der leere Wagen ſoll weichen dem geladenen Wagen, und der minder gela-

 den

den dem schweren: Der reitende soll weichen dem Wagen, und der gehende dem reitenden, sind sie aber auf einer Brücken, und jaget man einen reitenden, oder einen zu Fuß, so soll der Wagen stille stehen, also lange, daß sie hinfür kommen, welcher Wagen erst auf die Brücken kömmt, der soll zum ersten überfahren, er sey leer oder geladen. *conf. Schulz Synops. Instit. Imperial. tit. de Serv. Rust. & Vrb. Præd. not. c.* Ordinationis etiam Norimbergensis (qua cautum, ut currui in via regia onusto, cedat vacuus aut non adeo oneratus, carrus currui; vehiculum autem meritorium personas solum vehens currui, vel vehiculo onusto, & qui ex urbe vehit currus, cedat urbem ingressuro) mentionem facit *Magnif. Dn. Struv. loc. supra cit.* Vt vero sibi obvii eo facilius cedere possint, itinerum & viarum certa latitudo determinanda fuit. Ita de Jure Sax. itineris latitudo (quæ de jure communi non est determinata, sed a partibus non demonstrata, ab arbitro sive Judice statuenda est *per l. 13. §. 2. ff de S. P R.*) trium pedum esse debet, soll haben 3. Fuß in der weite, *per text.* in Weichb. *art. 120.* viæ autem latitudo, similiter ac de jure communi *l. 8. ff. de S. P. R.* octo pedum esse debet, sive tam lata, ut currus obvii sibi invicem cedere possint, *vid.* Weichb. *art. 129* & Landr. *lib. 2. art. 59.* Dum circa materiam cessionis versamur, illud quoque quæri posset, si duæ Parœciæ Pontificiæ, Processionem instituentes solennem, casu sibi fiant obviæ, quæ pars alteri debeat cedere? ubi dicendum videtur, quod ei, quæ prior viam ingressa fuit, prioritas sit concedenda, nisi forte altera Parœcia præscri-

ptione

ptione gaudeat, aut dignitate major ſit. Hoc enim poſteriori caſu Parœciæ digniori, quamvis poſterior ad viam acceſſerit, prærogativa adjudicanda. *conf.* hic *diſſ. Milleri* de *via publ. habit. in Acad. Jul.* §. 33. Neque illud hic omittendum, quod dentur caſus, ubi licet vel alter occurrentium, vel ambo ſibi cedere velint, tamen non poſſint. Ita ſi navis in mari alteri obvia a procella impetuoſe agitata imbingat in eam, cauſamque ſive damni ſive interius præbeat, quæri ſolet quid Juris ſit? De Jure Civili, ſi tanta vis navi facta fuit, quæ temperari non potuit, nulla in dominum datur actio, per *l.* 27. §. 4. *ff. ad l. Aquil.* Legibus autem Wisbyenſibus & variorum populorum ſtatutis, læſæ navi a lædente dimidium damni præſtandum, ſi damnum datum fuerit absque culpa domini navis, idque aut teſtibus, aut juramento aſſeverari poſſit; alterum vero damni dimidium læſus ipſe in ſe ſuſcipere tenetur, & dividi damnum ita ſolet, ob culpæ probationem difficilem. *conf.* Wißbüſch See-Recht, *lib. X. art.* 71. *Grot. I. B. & P. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 21. *& Marquard. Tract. ſupra cit. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 42. Qui, cum equo veheretur, impetum ejus, propter infirmitatem aut imperitiam, retinere non potuit, ſi obvio damnum illatum fuerit, culpæ reus eſt, & tenetur Lege Aquil. *vid.* §. 8. *I. de l. Aquil.* Obiter hic illud notandum quod, ſi Aſinarii non clament, ut obvii cedendo ſibi caveant, ne a mulo percutiantur calcitroſo, & mors alicui inferatur, homicidium illud habeatur pro culpoſo. *vid. Carpz. Prax. Criminal. quæſt.* 27. *n.* 9. *ſeqq.* Quæritur denique, an ab adverſario fugatus, ſi occurrens ipſi aut cedere

non

non possit, aut non velit ex malitia, ad conservationem vitæ suæ vi de scala vel itinere detrudere illum queat? Et videtur quod sic: *conf. Feldenus ad H. Grot. p.127.* transfodere autem aut conterere non facile licebit ob dilectionem, quam homines sibi invicem debent, *vid. Grot. I. B. & P. lib. 2. cap. 1. n. 4. conf. Excell. Dn. Schitt. Phil. Mor. c. 5. § 16.* qui injuriosum putat occidere talem. Celeberrimus tamen *Zieglerus* in *not. ad. H. Grot. lib. 2. c. 1. §. 4.* existimat, defensionem etiam cum occisione posse institui contra eum, qui ex malitia ideo cedere non vult, ut fugiens a persecutore facilius opprimi & transfodi possit. Inspectionem diplomatum & visitationem in ipso etiam occursu institui cum non sit insolitum, de iis quoque quaedam erunt adjicienda. Scilicet tempore pestis equites missarii, vulgo dicti Landreuter, Strassenbereuter diplomata inspicere solent occurrentium & talia non habentes a finibus arcent, reliquos autem dimittunt ad iter suum prosequendum. Notandum alias hoc est in Jure Saxonico, quod Zingari & servi circumvagantes, si occurrant, nullo respectu habito ad diplomata, ubi forte quædam habent, capi, imo plane interfici possint. *vid.* Churf. Joh. Georg. I. Außschreiben wider die Zigeuner / *Dresd. d. 24. Dec. Anno 1654. ibi:* Wo die Zigeuner und Herrnloß Gesindlein sich / nach Publicirung des Mandats, in einigen Fluhren oder Wälden antreffen lassen / daß dieselbe mit Hab und Gut / Leib und Leben / (ungeachtet ob gleich einer oder mehr offene Pässe vorzulegen hätten / sintemahl dieselben in des Reichs Abschieden gänßlich aufgehoben, cassiret und vernichtet /) preyß seyn sollen. Apud

Tar-

Tartaros si quis occurrit peregrinanti, qui nullum habet diploma, moris est ut hunc, tanquam servum, secum abducat. Legem etiam Rex ipsorum Chinguis Chan tulit, ut Tartarus, si vel vir, vel fœmina, tam ambulantes, quam equitantes, obviam veniant, & nulla diplomata salvum conductum indicantia monstrare possint, facultatem eos capiendi & pro suis retinendi habeat. *vid. Arcbont. Cosm. p. 673. & 675.* Ad Visitationes quod attinet, illæ possimum in mari instituuntur, quando scil. navigia Mercatorum navibus Bellicis obveniunt. Tunc enim certæ personæ ab his missæ illa ingrediuntur, quæ non solum certificationes visitant; sed simul etiam diplomata, dicta die Paßporte, Seebrieffe inspiciunt, & ferre omnibus Tractatibus Pacis Articuli de ejusmodi visitationibus adjici solent. Ita in *Tractat. Paris d. 7. Nov. Anno 1659. inter Regem Hispaniæ & Galliæ, Artic. 17.* hæc reperiuntur: Wären sie (die Frantz. Unterthanen) eingelauffen in die Ree, oder wären auf dem hohen Meer von ettlichen Kriegs-Schiffen des Cath. Königs oder dero Particular-Unterthanen angetroffen worden, so sollen gemeldte Spanische Schiffe, alle Unordnung zu verhüten, nicht näher zu den Frantzösischen kommen, als so weit ein Geschütz reichen kan. Sie können aber ihre kleine Schelche und Schluppen biß an den Bort der Frantzösischen Schiff oder Barquen schicken, und 2 oder 3 Männer allein lassen in die Schiff steigen, welchen der Schiff-Patron des Frantzösischen Schiffs die Paßport in obgemeldter Form und weiß, nach dem formular, so zu End dieses Tractats wird einverleibet werden, vor-

weisen und vorzeigen soll. *vid. Theatr. Europ. Tom. VIII. p. 1301. add.* Copey des Tractats de Marine, zwischen Franckreich und den Teutschen Han-See Städten, wornach die Holländ. Schiffart einzurichten. *de Anno 1657. Theatr. Europ. Tom. VIII. p. 321.* item *Artic. 2.* Des Friedens zwischen Engelland und der Regierung zu Tripoli, *de Anno 1662. Tom. IX. p. 841. ibid.* Friedens-Artickel zwischen Engelland und der Regierung zu Algier, *Artic. 14.* ut & *eod. Tom. IX. p. 780. Artic. 32.* der Alliantz und Freundschafts-Tractaten zwischen Franckreich und den vereinigten Niederlanden, *de Anno 1662.* Cum homo homini inserviendo eumque adjuvando ex lege Naturæ debeat consumi, illud omni occasione data, etiam in occursu, omitti non debet. Beneficio enim affici hominem hominis interest, per *l. 7. ff. de serv. export.* & homo in adjutorium mutuum & commune bonum generatus est, teste *Senec. lib. 1. de Ira cap. 5. p. m. 7. & lib. 1. de. Clementia cap. 3. p. 266.* Primum itaque charitatis officium est, ut roganti viam monstremus, unde Athenienses, ausu sane non ethnico, maxime severi fuerunt in osores ejusmodi charitatis humanæ, adeo, ut quotannis solennibus verbis devoverint, qui rogantibus viam monstrare nollent, aut lumen de lumine accendere, aut aquam ex profluente haurire vetarent. *conf.* Dn. Schilt. *Philos. Moral. cap. 10. §. 4. sub. fin. & Wilh. Grot. de princip. Jur. Nat. cap. 8. §. 4.* Deinde etiam beneficium est arentibus siti & vixi spiritum decentibus monstrare fontem. Sic quidam sacerdotes in regno Indiæ Narsinga in Testamentis suis dicuntur certas pecuniæ summas ad id deputare, ut cer-

tæ

tæ illis conducantur personæ, quæ in locis aridis viatoribus, ob sitim pene deficientibus, aquam offerant. *vid. Arcbont. Cosm. p. 709* Porro charitas mutua svadet, ut pro viribus liberales & ad auxilium parati simus erga obvios, sive egenos, sive alio adjumento opus habentes. Quarum virtutem Cinonem egregium cultorem fuisse meminit *Corn. Nep. in vita ejus c. 4. §. 2.* ibi: *Semper eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret. Sæpe cum aliquem offensum fortuna videret minis bene vestitum, summum amiculum dedit.* Nec minus notabile est exemplum Balduini, Regis Hierosolymitani, qui, quando in agro obviaret Principissæ Arabicæ parturienti, ipsi non solum varia ad sustentationem necessaria; sed pallium etiam suum, corporis satis contegendi causa, donavit. *vid. Martin. Zeilleri Theatr. Trag. pag. 831.* Soli autem homini bene facere non sufficit, sed debemus etiam naturæ inferiori brutorum, cum qua communio quædam nobis intercedit, quoad naturam sensitivam, auxilio nostro non deesse; præsertim, quia & ipse Deus misericordiam gerit brutorum & creaturarum aliarum. *vid. Proph. Jon. cap. 4. v. 11.* imo præcipit expresse auxilium, *Exod. 23. v. 4. Si occurreris bovi ejus, qui est inimicus tibi aut asino ejus erranti, reducendo reduces eum illi. ibidem v. 5.* Wenn du des, der dich hasset, Esel siehest unter seiner Last liegen, hüte dich und laß ihn nicht, versäume gerne das deine umb seinet willen. Idem quoque secunda vice inculcatur *Deut. cap. 22. v. 1. & 4.* Videtur tamen in his locis posterioribus primario agi de amore erga proximum, etiamsi inimicus sit, non omittendo. Cæterum

quam-

quamvis homo homini, cui obviat, in casu necessitatis ad auxilium præstandum obligatus sit, si potest, (qui enim prohibere potest, quo minus proximus lædatur, & illud non facit, ex culpa tenetur. *arg. l. 45. princip. ff. ad L. Aquil. & l. §. 22. ff. de SCto Silan. conf. l. 9. §. 1. ff. de Cornel. de falsis.*) cessare tamen obligatio ista videtur, quando id non nisi cum propriæ vitæ periculo ferri potest, e. g. si naufragus in mari aut flumine majori natando jam delassatus & brevi submergendus ad scapham hominibus adeo oneratam, ut si unica adhuc recipiuntur in eam persona, submersionem secuturam esse certum sit, adnatat ejusque alterum latus arripit, tunc quidem in scapha vecti omnia possibilia ad conservandam vitam ejus tentare debent, funem aut perticam adjicere, cujus apprehensione post scapham in aqua trahi possit, &c. Sin autem talia vel alia media non adsint, quoniam minus malum est unam personam perire, quam multas, per vim etiam ejusmodi naufragum de scapha detrudere licebit. Ita etiam alio modo periclitanti, quem absque vitæ jactura tueri non licet, ad opem ferendam non tenemur, quia charitas incipit a se ipsa, proximus quisque est sibi, & homo hominem diligere debet sicut seipsum, non præ se ipso, *arg. l. 6. C. de serv. & aqu. conf. Dn. Schilt. Phil. Moral. cap. 5. §. 13. 14. 15. &c.* Quæri denique incidenter saltem hic posset: an militi lethaliter vulnerato summosque dolores patienti obvians, & ab ipso rogatus, ut mali finiendi causa mortem statim inferat, salva conscientia petitum militis implere queat? Et respondendum videtur, obviantem juris Naturalis peritum non posse illud facere; rusticum vero, aut

alium

alium plebejum, qui a puero non melius informatus, in conſcientia (licet erronea, modo invincibili) judicat, & certo credit volenti injuriam non fieri, moribundum ſalva conſcientia poſſe occidere.

CAPUT IV.
DE
ABLATIONE, CAPTURA ET PROHIBITIONE.

Ad Ablationem, & Capturam dum pregreſſum facimus, Primum illa nobis occurrit quæſtio, an tempore, extremæ neceſſitatis liceat alteri aliquid ad vitæ conſervationem auferre, ita ut rapina non ſit? Simpliciter quidem affirmari hoc non poteſt, limitate tamen, ſcilicet ſi alter locuples rogatus prius nihil dare vult, et fieri poteſt licite talis ablatio ex hoc fundamento, quod eo ipſo, quo homo indigens ac ſocialis creatus eſt, obligatus ſit quilibet ditior, ut indigentiæ extremæ alterius ſuccurrat vel per mutuum, vel alio quocunque juſto modo. Cum igitur vi obligationis Juris Naturalis (quod quicquid vult, id etiam locuples velle debet, imo præſumitur, adeoque ipſi, moraliter invito nihil aufertur,) ſumme egenus jus habeat petendi ad ſuſtentationem fragilis corporis pertinentia, & tamen, quanquam in tali caſu promittat, fortuna aliquando melius favente, vel reſtitutionem, vel compenſationem per operas, nec a ditiore aliquid accipere, nec a magiſtratu ullum ſperare poſſit auxilium, omnino dicendum videtur, jure Naturæ licere, ſive per vim, ſive clanculum,

lum, quantum opus ad victum, auferre. *conf. Dn. Schilt. Phil. Moral. cap. 6. §. 16.* Porro, quamvis de jure Naturæ, quia nullus Judicem habet mundanum, cuique liberum sit ablata sibi iterum alteri auferre: de jure tamen communi illud non facile licet, *conf. §. 1. l. de vi bon. rapt.* Judiciorum enim vigor, Jurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem *vid. l. 14. Cod. de Jud. & cælic. & l. 176. ff. de R. I. conf. l. 7. ff. ad l. Jul. de vi privat.* Tempore belli singuli singulis innocentibus sua ut auferant, humanitati minus videtur conveniens, cum ejusmodi deprædationes ad hostium vires debilitandas non multum faciant, nec ad finem belli citius procurandum. Si vero autoritas publica cum privata conjuncta est utilitate, e. g. si quis magnum damnum per hostes passus impetret jus ex rebus hostilibus suum damnum resarciendi, tunc magis licitum erit, ideque Jure Repressaliarum, *conf. Kulpis Ex. ad Coll. Grot. 14. p. 171.* Mercatores si tempore belli hostibus advehunt merces prohibitas, quæ dici solent Wahren von Contrebande, & ipsis ad munitionem inserviunt, ut arma, blumbum sulphur, pulvis nitratus nitratus & alia, quæ enumerantur in *Tractatione maritima inter Regem Galliæ & Civitates Hanseaticas, de Anno 1655.* tunc illas auferre licet, *arg. l. cotem. 11. ff. de publican.* pro hoste enim habendus, qui auxilio suo audaciorem eum reddere intendit. Huc pertinet quoque illa quæstio: an navis Tabaco repleta ad hostem destinata de jure possit auferri? Et hoc affirmandum videtur, præsertim, si talis navis ad urbem jam obsessam tentit herba enim ista vim

fer-

fermenti in ventriculo ita frangere poteſt, ut uſu ejus milites famem per aliquot dies tolerare poſſint, & ita hoſtis diutius a deditione abſtineri. *conf. Marquard. de jure mercator. & commerciorum lib. 1. cap. 16. num. 33.* ubi ſimilis controverſiæ inter Hiſpanos Anglosque orte mentionem ſimul facit. Res hoſtium in amicorum navibus deprehenſæ licet auferri queant, ſi dalia pacta adſunt, quale legimus *Artic. 7. Pacis inter claſſem Anglicanam & Regimen de Algier, Theatr. Europ. Tom. IX. p. 837.* per pacta tamen nonnunquam ejusmodi facultati renunciari ſolet, *conf.* Verbeſſerte Friedens-Tractaten zwiſchen den Herrn General Staaten und der Regierung zu Algier *de Anno 1662. Artic. 2.* ibi: Soll alles dasjenige, was in Schiffen, die der Herren Staaten ihren Unterthanen zuſtändig ſind, ſich befindet, vollkömmlich frey ſeyn, wenn ſchon auf ſolchen Fall dasjenige, ſo darein geladen worden, oder auch ein Theil deſſelbigen, den Feinden des Königreichs Algier zukäme. Und ſolches ſoll ebenmäßig gegen alle Officirer, Schiffleute und andere reiſende Perſonen, die mit ſolchen Schiffen fahren, in allem vollkömmlich in acht genommen werden, wenn auch gleich beſagte Kauffmanns-Wahren, Officirer, Schiff und reiſende Leute von ſolchen Orten wären, die mit allen Ständen und Städten des ermeldten Königreichs Algier in Feindſchafft ſtünden. *Theat. Eur. T. IX. p. 751.* Præterea etiam nonnullæ gentes per certa pacta inter ſe convenire ſolent, ut durante bello inter ipſos ſubditi utriusque partis cum mercibus itinera facientes tuti maneant ab omni vi *conf. Olear. lib. 5. Itin. Perſici cap. 18.*

Es haben die Perser und Türcken unter sich einen Pact, daß so wohl zu Kriegs- als Friedens-Zeiten die Kauffmannschafften unter ihnen in und aus dem Lande ungehindert getrieben, und die Caravanen sicher gehen sollen, weil einer Nation so wohl, als der andern, daran gelegen. Inter Cyrum quoque & Assyrium convenit, ut cum agricolis pax esset, cum armatis bellum, teste Xenophonte. De hac agricolarum securitate vide quoque *c. fin. Extra. de treuga & pace, & Becht. de securitate & salvo conductu*, §. 244. Nec minus illud notabile, quod Belgæ agros in bello vastari non permittunt, sed sub tributo eos præstant tutos, *vid Grot. de I. B. & P. lib. 3. cap. 12. n. 1. 2. 3.* Dantur porro casus, ubi utilitatis publicæ causa suum alicui afferre licet, e. g. Si equus cursaris publici morte pereat, aut rapiatur, tunc equum cujuscunque in itinere obvii insilire potest ne in functione sua publica impedimentum sentiat. Aequitati tamen magis erit consentaneum, ut equi pro cursu publico promovendo ita abrepti vel totius æstimatio præstetur, vel pro usu ejus, quantum justum est, solvatur: sin autem necessitas Reipublicæ non urget equum aut mulum abducere non licet, quia violentia esset. *conf. Hornik. de Jure Post. cap. 18. theorem. 16.* Est etiam hoc loco istud observandum, quod olim apud Romanos boves aratorios ad cursum publicum abstrahere non licebat, *vid. l. 1. C. Theod. de cursu publ.* De Turcarum Imperatore notum alias est, qvod habeat suos Vlacidas, qui mandata pernicissimo cursu quocunque deferre solent. Hi præcones si in itinere in equitem, quicunque etiam sit, inciderint, eum confestim equo desilire

silire jubent, in quem insiliunt, donec in alium recentem & validum incidunt iterum. *vid. diss. Mülleri, de via publ.* §. 63. Quæstio etiam illa hic moveri posset, si Titius & Mævius sibi occurrant, amboque in via jacere videant gemmam aut aliud pretiosum quid, Titius autem prius ad locum veniat illamque apprehendat, ad quem de jure pertineat? ubi respondendum putamus pro Titio, quia prius rem istam apprehendit & ita ejus possessionem nactus est, *vid. l. 1. §. 2. ff. de acquir. l. amitt. possess. conf. Magnif. Dn. Struv. Syntagm. Jprud. Ex. 41. §. 21.* nec obstat, quod Mævius simul viderit jacentem, nam nullis rei absque possessione est dominium, *per. l. 1. §. 1. in princip. ff. eod. & l. 2. in fin. ff. pro derelicto*, quam Titius primus accepit, et nisi talis casus ita decideretur, quivis dicturus esset, se prius rem jacentem vidisse, atque ita occasio ad rixas & cædes daretur. Illis qui gestant aliquid non competens, auferri id vel per milites, vel alios ministros potest: ita apud Romanos ab occurrentibus militibus his arma auferebantur, quibus ea lege & consuetudine gestare non licebat, & illud hac formula fiebat: *Pone arma & malo cave*, inscio enim principe nemini arma portare concessum erat, per *l. un. C. ut arm. usus &c.* Bovem autem aberrantem vel equos in solitudine relictos abducere prohibitum est, & talis abducens pro fure habetur *per l. un. §. 1. ff. de abigeis.* Pertinere quoque huc videtur aliquo modo pignoratio, quæ quidem Jure Civili locum non habet, ut patet ex *l. 39. ff. ad l. Aquil.* tandem vero eam in Imperio Romano receptam esse testatur Abschied des Deputation-Tags zu Speyer, *Anno*

no 1600. Aufgericht von Rudolpho II. *Imperat. artic.* 44' Es ist auch biß anher im heiligen Reich vielfältig gefunden und verspühret worden, daß von etlichen Ständen, in fraudem Constitutionis, an statt der Pfändung einem andern nichts abgenommen, sondern allein verderbt, verwüst, oder Schaden gebracht und Ursach geben worden, als Netz oder Garn zerhauen, Hund erschossen, das Vieh verjagt und zu Schaden gebracht, die Frucht zu treten, ins Wasser geworffen, die Diener und Unterthanen übel geschlagen, verwundet und verlähmet und dergleichen. Wann dann solche fürgenommene Thätlichkeit, einig zu Eludirung und Verachtung der heilsamen Constitution gereichen; So setzen, ordnen und wollen Wir, daß hinführo auf obgesetzten Fall Mandata sine clausula, auf die Constitution von Pfandungen, zu erkennen. De Jure Saxonico etiam locum habet pignoratio *per text.* Landr. *lib. 2. art. 47.* vi cujus dominus agri pecus in suo solo, vel in alio loco, ubi jus aliquod habet, repertum, sive depascat gramina, sive alio modo noceat, auferre & pignoris loco retinere potest, donec ipsi per dominum de damno satisfiat, æstimatio autem damni fit vel secundum taxationem rusticorum vel Judicis in eo loco' *vid. Matth. Coler. in Tr. de processf. execut. p. 1. c. 3. n. 66.* Si vero animalia sint ferocia aut evadere statim soleant, ut anseres &c. canibus eadem abigere licet, nec punitur aliquis, etiamsi quædam interficiantur, in tali casu. *vid.* Landr. *lib. 2. art. 40.* & aliud quoque remedium, ubi duo testes adhibentur, *ibidem art. 47.*

Cap.

Capturam quod concernit, illa quoque multis in casibus non est prohibitia. Ita banniti possunt in quolibet judicio & a quolibet capi. *conf. Decis. elect. Sax. 77.* ibi: In Acht erklärte Uebelthäter confessi & convicti mögen von iedermann aufgefangen werden &c. Item si fugit delinquens occurrentes ab insequentibus acclamati apprehendere ipsum tenentur, *arg.* Maximil. II. Fuß-Knechts-Bestallung zu Speyer *Anno 1507.* aufgericht *art. 46.* Captura enim facinorosorum in casu necessitatis neminem infamat. *conf.* Churf Joh. Georg. II. Erledigung in Justitien-Sachen *art. 47. p. 35.* Porro Creditor fugitivo debitori si obveniat, potest illum apprehendere, *arg. l. 54. C. de decurion. conf.* Gail. *1. obs. 26. n. 1. & 2. obs. 44. n. 1.* & Magistratui ejus loci tradere, uti patet ex *Constitut. Elect. August. 21. part. 2. de Contractibus.* Wenn der Schuldner auf flüchtigen Füssen ist / so mag ihn der Gläubiger annehmen und in die Gerichte darinnen er angetroffen / einantworten. Vehicularii etiam, qui viam ordinariam deserentes avia usurpant, sub spe vectigal retinendi, si per equites missarios deprehendantur, una cum equis, vehiculis & mercibus, arrestari & ad puniendum proximæ præfecturæ tradi possunt. *vid. Elect.* Ioh. Georg. II. Erledigung in Justitien-Sachen *de Anno 1661. artic. 114. conf. Coierus de process. execut. p. 1. cap. 3. n. 79.* Præterea venantem in aliena sylva a Domino deprehensum capi prohibitum non est. *conf.* Käyserl. Lands-Ordnung im Marggrafthum Ober-Laußnitz *d. Anno 1567. art. 5.* Welcher auch einen Fremden Weydman, Fischer oder Schützen auf den seinen antrifft / und denselben erwi-

schen

sehen und verhafften kan, soll ihm dasselbe frey stehen Principes, Comites & Judices in Civitatibus merum & mixtum imperium habentes cum vi protectionis ordinarie sibi competentis subditos suos teneantur tueri, *arg. l. 2. §. 13. ff. de. orig. I. l. 1. §. 12. ff. de Off. præf. Vrb. l. 3. ff de Off. Præsid. & l. ult. pr. ff. quod metus causa*, & territorium suum a nefariis hominibus burgare, hinc gaudent etiam Jure *Indagandi*, conquirendi, persequendi tales nebulones, pacem & quietem publicam turbantes; quod vulgo das Recht des Streiffens dicitur *conf. Schwederi Indroduct. in Jus publ. part. Special. sect. 2. cap. 16 p. 939.* Vnde etiam, ubi magna latronum est caterva, integra aluntur agmina, quæ in eos excurrant, dicunturque Streiffende Rotten. Imo interdum præmia solent promitti iis, qui tales sceleratos homines comprehenderint, teste *Damboud. prax. Crim. c. 99. in fin. add. Becht. de securitate & salvo conductu.* §. *42. & 126.* Illud etiam addendum, quod Cursus speciales seu lanigni (Stadt-Posten, Metzger-Posten) contra constitutiones Imperatorias & in præjudicium Regalis Postarum instituti ubicunque deprehenduntur, possint arrestari, nec solum licet ipsis eqvum, corniculum & omnia, quæ secum habent, auferre; sed insuper etiam mulctam illi sufferre coguntur, de quo *vid. Mandat. Ferdinand. III. de 12. Aug. 1637. conf. Hornik de Jure Postar. cap. 19. Theorem 1. p. 330.* Interdum autem arrestatio aut oblatio ob certa privilegia vel personorum, vel loci non conceditur. Ita mercatores Hanseatici in Hispania hoc privilegium habent, ut nec ipsi & bona eorum in viis, aut alici arrestis detineri, nec ullis Repres-

pressaliis, nisi justissimam ob causam, possint prægravari & in Gallia etiam extranei mercatores Juri isto, quod vocatur *Droit de represſailles*, non subjacent. *conf. Marquard. Tr. de Jure Mercat. & Comm. lib. 1. cap. 13. num. 19.* Deinde quoque navigia ordinaria, quæ singulis septimanis a consueto aliquo loco ad alium tendunt, & ordinariæ Postæ vicem supplere possunt, vocanturque Marck-Schiff/ qualia quotidie Moguntia Francofurtum ad Mœnum situm venire solent & appellari Mayntzer Marck-Schiff, inter alia privilegia istud habent, ne fur, homicida, aut fugitivus alio, quam conventum est, loco ob stricto collo eripiatur, *vid.* Vertrag Herrn Wolffgangs Ertz-Bischoffen zu Mayntz/ Chur-Fürsten ꝛc. Und der Stadt Franckfurth/ das Marck-Schiff und Geleit betreffend, & *Hornik de Jure Post. cap. 19. theor. 4.* Denique etiam quodammodo ad hoc caput referri posse videtur apud Romanos usitata in Jus vocatio, quæ his verbis fiebat: *Ambula in Jus. Sequere ad tribunal. &c.* & si reus sequi nolebat actor obvios vel circumstantes interrogabat, num liceret antestari, quibus annuentibus porrectam auriculam attingens usus que simul voce: *Memento*, testes faciebat & postea licebat manus in reum injicere & fugam adornantem vi ac obtorto collo ad tribunal rapere. Quem morem antiquum in Jus vocandi satis bene expressit *Horat lib 1. Serm. Sat. 9. v. 98. 99.* ubi de garrulo homine sibi in via admodum molesto, contra quem ab alio obvio testis factus fuerat hæc enarat.

Casu venit obvius illi
Adversarius: & quo tu turpissime? magna

 Ex-

Exclamat voce : Et licet antestari? Ego vero
Oppono auriculam. rapit in Jus, clamor utrinque
Undique concursus.

Talis autem in Jus vocatio in honestos non licebat sine antestatione, pro injuria enim habeatur. Cæterum improbi homines ut lenones, fures antestatione indigni judicabantur, *vid Plaut. in Pers. A. 4. sc. 9. v. 9.* certæ tamen personæ hoc privilegio gaudebant, ut non semper in Jus vocari possent. *vid. l. 2. ff. de in Jus vocando l. 2. Cod. eod. conf. diss. de modo vocandi in Jus vet. & modern. Leiseri Altorffii habita.* De relinquo in Jus vocatos vi eripere non erat permissum, *vid. l. 1. ff. ne quis eum, qui in jus voc. vi eximat.* Fisci quoque debitorem captum jam ab officiali Fisci abripere non poterat Officialis Comitis rerum privatarum, quamvis debitor ærario rerum privatarum Principis summam aliquam etiam deberet; & contra Officialis fisci vel Comitis sacrarum largitionum debitorem captum jam ab Officiali Comitis rerum privatarum abripere non poterat. Si vero illud fecerat, tenebatur utriusque quantitatis nomine. *vid. Gothofred. Comment. ad l. 3. C. de Exactoribus Tribut.* Transimus jam manus injectionem, quæ permittebatur apud Romanos domino, vel servi sui vindicandi causa; *vid. l. 1. C. si serv. export.* vel interdum auxilii causa, uti patet ex *l. 9. ff. de serv. export.* & potius pergimus ad Prohibitionem, ubi primo illud monendum, quod ipse occursus nonnunquam vel simpliciter, vel secundum quid prohibitus sit. Apud veteres Romanos Proconsul antequam fines provinciæ sibi decretæ ingrediebatur, edictum debebat de adventu suo mit-

mittere, continens commendationem aliquam sui (si qua ei familiaritas erat cum provincialibus, vel conjunctio) & maxime excusare, ne publici vel privatim occurrerent ei (excepta tamen cohorte, *Novell. 95. cap 1. §. Illud autem*) congruens enim esse putabatur, ut unusquisque in sua patria eum exciperet. *vid. l. 4. §. 3. ff. de offic. Proconf. & Legat.* Relegato in civitate, per quam transibat Princeps, versari non licebat, iis enim duntaxat Principem intueri licitum erat, qui Romam poterant ingredi. *vid. l. 19. ff. de Interdict. & Relegat. & Deportat.* Ignomina missi milites simili prohibitioni subjacebant per. *l. 2. §. 4. ff. de his qui not. infam.* Nulli quoque provinciæ moderatori Augustissimam urbem sine jussione Imperatoris licuit adire per *l. 9. C. de offic. Rect. Prov.* Prohibentur porro occurrere relegati intra tria miliaria a territorio, unde relegati sunt, si scil. plures Principes Ducatum vel Comitatum pro diviso habent, & Recessus talis inter eos adest, ita in Comitatu Hennebergico juxta Recessum Vrphedæ debent concipi hunc in modum: P. P. Sondern mich alsobald nach geschworner Urphede aus S. F. Durchl. Hennebergischen Landes-Theil erheben, darin nun und nimmermehr wiederkommen, auch auf 3. Meil Wegs in des Benachbarten Fürstl. Theils territorio, von der Gräntze dieses Fürstl. S. Hennebergischen Theils, daraus ich verwiesen, nicht wieder betreten noch antreffen lassen. *vid. Dn. Schilt. Ex. ad π. 49. §. 96.* Præterea confinatis, sive ad certum locum relegatis, extra illum nulli occurrere licet. Idem judicium erit de iis relegatis, qui condemnantur in ædes suas, quod vocatur

catur in das Hauß schweren, *test Lauterb. Compend. Jur. ad tit. de Interdict. relegat. & deport.* & de tali relegatione *vid. l. 9. ff. eod.* Nec illud omittendum, quod in magnis urbibus e. g. Parisiis, Venetiis, &c. nullus larvatus publice incedendi facultatem habeat, nisi discinctus & plane inermis sit, item quod in castellis locisque munitis non liceat absque lumine noctu in plateis esse. *conf. Dominic. Arumæus de Comit. Roman. German. Imper. c. 6. tit.* bey Nächtlicher Weile nicht ohne ein Licht auf der Gassen zu gehen. Quod illis, qui olim in provinciis proconsulari potestate, aut alia dignitate gaudebant, non licitum fuerit adventantibus Imperatoribus Romanis ad quodcunque viæ spatium pro lubitu occurrere patet ex *C. Plin. ep. 5. lib. 10.* ibi: *Obviam iturus, quo maturius, domine exoptatissime, adventus tui gaudio frui possim, rogo permittas mihi quam longissime occurrere tibi.* Cæterum recte atque ordine faciunt Magistratus, si prohibent, ne mendicantes mutili vel epilepsiam patientes per plateas vagentur & forte gravidis occurrant. Siquidem talis occursus facile potest in causa esse, ut fœtus deformes nascantur, cum tamen Reipublicæ intersit bene formatos habere cives. Exempla ejusmodi tristia adeo rara non sunt, & invenimus etiam quoddam in *Act. Hafn. Vol. 11 Obs. 1.* ubi fœmina Hafniensis filium primogenitum una manu truncum & altero pede curvum peperit, quia tempore gestationis fortuito obvium medicamentem manu truncatum & pede flaccidum viderat, cujus speciem nec die, nec noctu potuerat oblivisci. Ad ipsam autem prohibitionem in occursu quod attinet, illa uti potest, qui fun-

fundum suum videt ingredi aliquem venandi gratia, per *§. 2. I. de R. D. & l. 3. §. 1. de A. R. D.* item per agrum alienum, qui servitutem non debet, vicinus ire vel agere volens recte prohibetur, *vid. l. 11. C. de Servitut.* ut & is, qui, cum simpliciter ipsa via per fundum alienum concessa sit, per ipsam villam vel medias vineas ire, aut agere vult. *l. 9. ff. de servit.* Porro si quis a venditore vi, aut clam, aut precario via usus fuit, postea ab emptore ea uti recte prohibetur *per. l. 3. §. 2. ff. de itin.* A domino prædii servientis prohiberi etiam potest is, qui iter tantum habet & tamen jumentum ibi ducit, quia hoc licitum non est *per l. 7. princip. ff. de S. P. R.* ut & illi, qui, invitis dominis, per aliena prædia aucupium faciunt. *vid. l. 16. ff. eod.* Præterea si iter actusve ad certam partem agri servientis determinatus est, reliquæ partes sunt liberæ per *l. 13. §. 1. ff. eod.* & hinc per illas incedens prohiberi potest. Si etiam Cajus jus habet per prædium urbanum Titii eundi & frequentius iverit cum flammis & faculis, ut metus si, ne damnum inferatur prædio Titii, Jus quidem Caji metu Titii non tollitur, poterit tamen Titius prohibere, ne Cajus ita cum flammis & faculis eat; & tunc tolletur facultas tali modo eundi *vid. Dn. Zieglerus in not. ad H. Grot. lib. 2. cap. 2. §. 13. p. 235.* Illicita vero est prohibitio, si quis via publica uti prohibetur, per *l. 11. C. de servit.* aut in flumine publico navigare *l. 1. §. 1. ut in flum. public.* Ad hæc, si quis in fundo suo cœperit venari & persequi, ita tamen, ut hoc absque inflatu corniculi venatorii & incitatione canum fiat, nec obvianti vicino prohibere illum licebit, quia talis persecutionem germ.

dictam die Nachfolge instituens feramque capiens non delinquit *per text.* Landr. *lib. 2. art. 61.* Interdum tamen venatorum consuetudine aliud receptum esse potest, uti etiam putat, *Schneidew. ad tit. I. de R. D. §. feræ n. 4.* Similiter fructus ex vicini agro in alterius agrum cadentes quominus, etiam tertio demum die, legi & auferri ab ipso possint, impedire de Jure Civili non licet *per l. unic. ff. de gland. leg.* Jure vero Saxon. si quatitur arbor, contrarium obtinet, *vid.* Landr. *lib. art. 52.* ibique gl. Schüttest du dein Obst/ was in deines Nachbarn Hof fällt/ das bleibt sein. *conf. aut. jam. cit. ad I. tit. eod. §. 31.* Corpora quoque defunctorum quominus per territoria oppidorum transferantur, prohibere haud est concessum, *vid. l. 3. ff. de sep. violat. conf. l. 38. ff. de religios.* Nec licite quis eum, qui prædio suo egressus est, in medio itinere detinet aut prohibet, ne illud iterum ingredi possit, per *l. 1. §. 24. ff. de vi & vi.* Similis sententia datur in eum, qui alterum in campo publico ludere prohibet. *vid. l. 2. §. 9. ff. ne quid in loc. publ.* Denique non permissum est illum via prohibere, qui in fundum suum, cui debetur servitus viæ, mortuum inferre vult, *vid. l. 1. §. 3. ff. de mort. infer.* Quæstio etiam illa hic oriri posset, num delinquens, si, dum officiales Jurisdictionem in eo loco habentes, ubi delictum fuit commissum, ipsum persequuntur, illico per fugam continuatam in alienum territorium evadit, a persequentibus ibidem apprehendi & capi possit, ita ut alieni illius territorii subditis occurrentibus prohibere illud non liceat? Et videtur quod sic, *arg. l. 23. §. 3. ff. ad L. Jul. de adult.* præprimis, quia persecutio incepta fuit in proprio territo-

ritorio, in alio tantum continuata, *conf. Mynsing. 2. obs. 28.* actus autem in uno territorio jam cœptus in alieno continuatur, atque ita cum in continenti fiat, pro continuo habetur. *vid. Besold. in thesaur. pract. vocab.* Nacheyl. idem tamen ibidem tutius esse existimat, ut turbationis in Jurisdictione vitandæ causa talis captus offeratur Magistratui illius territorii. *conf. Schwederi Introductioin Jus publ. part. special. Sect. 2. cap. 13. §. 13. p. 918.*

CAPUT V.
DE
DEFENSIONE ET OFFENSIONE.

Quanquam unum ex generalibus Juris præceptis sit illud: *neminem lædere*; varii tamen in vita humana dantur casus, ubi, vitæ nostræ conservandæ causa, non tantum alios lædere; sed etiam, cæteris paribus, plano interficere possumus, imo debemus. Defensio enim videtur esse Juris Naturalis præceptivi, *conf. Magnif. Dn. Struv. Tr. de vindict. privat. cap. 4. aph. 1. n. 5.* Vim quoque vi arcere omnes leges omniaque jura permittunt, *vid. l. 45. ff. ad l. Aquil. & l. 3. ff. de Just. & Jure conf. l. 12. §. 1. ff. quod metus causa l. 2. C. ad l. Cornel. de sicariis, l. 1. §. 27. ff. de vi & vi armat. & l. 3. §. 9. ff. eod.* Landr. *lib. 3. art. 78.* P. H. O. *art. 139. 140. Clar. lib. 5. sent. §. homicid. n. 35.* Negari quidem nequit, quod videri posset, Christianos rectius facere, si malit occidi, quam occidere, quoniam alter in peccato mortali interfectus periculum damnationis incurrit: Attamen cum volenti injuria non fiat, damnumque, quod quis sua culpa sentit, sibi & nulli alii imputare debeat, ac per vim illatam obli-

gatio illa, qua homo hominem lædere non debet, soluta sit: licite eiusmodi aggressor interficitur, non secus ac si bestiæ, cujus naturam talis homo assumsit, vita adimitur. Porro si quisque mallet occidi ab aggressore, quam ipsum perimere, societati humanæ non leve damnum accederet, imo ipsi juri Neturæ hoc adversaretur, quandoquidem quicquid evertit societatem, illud est contra jus Naturale. Præterea diutius vivere non possumus, quam Deus vult: quamdiu igitur non constat de contraria Dei voluntate, tamdiu non solum præsumtio adest velle Deum, ut vita fruamur; sed etiam, ut omnibus modis ac mediis corpus nostrum contra eos defendamus, qui, quæ Deus conjunxit, animam scilicet ac corpus, nefario ausu separare volunt. Neque etiam manus homini frustra concessæ esse videntur, Natura omnia ob certum finem faciente, & dum pleraque animalia nativis instruxit armis e. g. Cervum, Taurum & Bovem, Vaccasque cornubus, Canem Lupumque dentibus, Leonem, Ursum &c. unguibus, Equum calce, Accipitrem adunco rostro: quis dubitaverit homini, nobilissimo omnium animali, non etiam membrum aliquod ad defensionem sui dedisse? præsertim, quoniam etiam appetitum sese conservandi & ardorem vindicandi implantavit. Plura de his previtatis gratia placet jam præterire silentio. Cæterum ebriosum aut furiosum occurrentem cum vi licet quoque occidere, si aliter invasus evadere non potest. Quamvis enim animum vim faciendi ac injuriandi non habeant tales, *vid. l. 3. ff. de Inj.* factum tamen violentum adfuisse ad excusationem sufficit: & sicut a bestia, ita

etiam

etiam ab eiusmodi homine, bestiæ parum dissimili, non tenemur pati quod intendit, *conf. Grot. de I. B. & P. lib. 2. cap. 1. n. 3. & Gomez. de delictis cap. 3. n. 20.* Si vero invasus potest effugere, illud necessario facere debet, cum fuga sibi non noceat, alteri vero maxime prosit. Item, qui aggressorem potest apprehendere, occidere illum non debet, per *l. 15 ff. ad L. Aquil.* Virgo si quis occurrens ipsam violenter stuprare velit, licite se etiam cum morte invasoris defendit. *arg. l. 1. §. 4. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Cum enim pudicitia semel amissa irreparabilis sit *per l. un. C. de Rapt. Virg.* fama apud omnes maxime lædatur, animus quoque in periculum consentiendi facillime præcipitetur, defensio talis & omnis alia vis justa est, sine qua pudicitia non potest conservari, ita, ut vel laudem, vel pro circumstantiis veniam mereri soleat. *conf. Dn. Schilt. Phil. Mor. cap. 5. §. 5. & Grot. de I. B. & P. lib 2. cap 1. n. 7.* Sin autem nihil habet, quo se contra armatum defendere, nec auxilium ullius implorare possit, quæritur quid ex duobus his malis eligendum sit, amissione vitæ & peccato scortationis ac exinde sequente periculo animæ? Et videtur eligendum esse minus, nimirum amissionem vitæ, præsertim, cum talis virgo haud certo scire possit, an non, finito etiam concubitu, a stupratore interficiatur, qualia exempla adeo rara non sunt. Quæritur etiam hic, quid homo in eo casu, quo bestiæ ipsum adoriuntur, de Jure facere possit? Quamvis enim in statu innocentiæ ei, tanquam terrestri Deo, omnes humillime ut domino servierint, post lapsum tamen rebelles factæ sunt, ut etiam animal levissimum insurgere contra hominem audeat, imo majora & rapaciora huic non nisi armato, ac ne tunc qui-

dem omnia cedant, nisi vita ipsis adimatur. Dicendum igitur est, quod homini, cum non solum aliquale dominium adhuc super omnes creaturas alias habeat; sed etiam omne, quod ob tutelam corporis contra quemcunque facit, jure facere existimetur, *per l.3. ff. de Iust. & Jur.* si aliter se adversus animal mortem inferre volens aut damnum, defendere non potest, illud occidere liceat. *per text.* Landr. Schlägt ein Mann ein Hund zu todt oder ein Bern, oder ein ander Thier, indem als es ihm Schaden will thun, er bleibt es ohne Schaden, ob er das schweren thát auf den Heiligen, daß er es in Noth-Wehre thäte und ihm anders nit steuren kunte. *conf.* Weichb. *artic. 122. L. 1. C. Tb. de venat. ferar.* & Noë Meurers Jagt und Forst-Recht *P. 2. tit.* Von zugefügtem Schaden der wilden Thiere und wie man sich der derselben zu erwehren. Ob rerum nostrarum defensionem nemo directe & principaliter putatur posse interfici, nisi ipse dominus earum simul in periculum vitæ ab armis invasoris adducatur, *arg. l. 9. f. ad l. Cornel. de sicar. & l. 52. §. 1. ff. ad l. Aquil. vid. Grot. de I. B. & P. lib. 2. cap. 1. n. 12. Clar. sent. lib. 5. §. homicid. n. 25.* & præprimis *n. 47. item Bachov. ad Treutl, vol. 2. diss. 32. §. 6. lit. H. conf. Dn. Zieglerus. in not. ad H. Grot. lib. 2. cap. 1. §. 12. & ibid. ad. §. 13. p. 206.* Videtur tamen ad excusationem talis homicidii nonnihil facere posse illud, quod alias etiam, si talis latro capitur, puniatur capitaliter, & sic privatus, quia periculum est in mora, in causa sua propria judex esse queat. Neque vero homo tantum se suaque defendere debet, sed etiam ad defensionem tertii, quicumque etiam sit, cui vim inferri videt, ideo obligatus est, quia quilibet aggressor lædit societatem

hu-

humanam, ad quam conservandam omnes tenemur, *conf. Molin. de Iustit. & Jure Tom IV. tract. 3. disp. 18.* Insuper homini homo tenetur in necessitatibus subvenire, nam si quisque proximum suum sicut se ipsum deligere debet, necessario etiam debebit defendere, nec punitur talis defensor, ut paret ex *Const. Crim. art. 150.* ibi: Item. So einer zu Rettung eines andern Leib Leben oder Gut iemand ersch ägt. &c. Notabile alias illud est, quod apud veteres Aegyptios, si quis viatorem vel alium peregrinum viderat spoliari aut interfici, nec impediverat id, cum tamen potuisset, ad mortem condemnabatur; Sin autem impedire non potuerat, facinus & delinquentem Magistratui notificare tenebatur: hoc si omiserat, coram judicio virgis cæsus & per tres dies incarceratus fuit. *vid. Arch. Cosm. p. 590.* De defensione ejusmodi interdum etiam mentio fieri solet in Fœderibus aut Articulis Pacis, uti manifestum est ex *Artic. 20.* Der Allianz zwischen dem König von Engelland und den General Staaten der vereinigten Niederlande *de 4. Sept. Anno. 1662.* ibi: Deßgleichen sollen des einen oder andern Convoy oder Kriegs-Schiffe, wenn sie auf der See Kauf- oder andere Schiffe, so des einen oder andern Unterthanen, oder Einwohnern, oder iemanden von denen, die in diesem Bündnüß mit begriffen, zu gehören und eben dieselbe Reise thun, antreffen, oder einholen möchten, selbige, so lange sie selben Lauff halten, convoyren und beschirmen wieder alle und iede, die sie mit Gewalt werden wollen angreiffen. *vid. Theatr. Europ. Tom IX. p. 706. & Tom. V. pag. 658. Artic. 21. Pacis inter Danos & Balgium Confœderatum, add. ibid. Tom. IX. pag. 449. Artic. 5.* Der Instruction

 und

und Ordre der Herren Staaten für die Haupt-Officirer auf der Flotte wieder die Portugiesischen Caper. Defensioni succedit Offensio, quæ vel cum morte vel absque morte alterius perficitur: & utraque est vel licita, vel illicita. Licita est primo in latrones publicos & desertores militiæ, per *l. 2. Cod. quando liceat unicuique sine Judice se vindicare, conf. Maximil. II.* Imp. Fuß-Knechts Bestallung zu Speyer *Anno 1507.* aufgericht/ *art. 22.* item Schwed. Kriegs-R. *art. 51.* Dän. *art. 101.* ut & in aggressores & nocturnos populatores per *l. 1. C. eod. conf. l. 3. & 4. C. ad L. Corn. de Sicar. & Farinac. lib. 4. prax. Crim. tit. 14. qu. 125.* Deinde etiam in Bannitos Imperii, uti patet ex *decis. Elect. Sax. 77.* ibi: Von Reichs-Bann aber ist der/ so in die Oberacht erkläret/ aus dem Frieden in Unfrieden gesetzt/ an Leib und Leben erlaubt/ und mag als ein Vogel in der Lufft vom Leben zum Tode gebracht werden. *conf.* Käyserl. Camerger. Ordnung *Part. 2. tit. 9.* §. So iemand. Licite quoque occidit pater adulterum cum adultera filia, in ipsa turpitudine si deprehendantur, cæteris paribus, per *l. 20. 23. ff. ad L. Jul. de adult.* Idem licet marito in adulterum *per. l. 24. ff. eod.* Licuit etiam Jure Civili marito certis in locis quemcunque occidere, quem prius propter suspicionem tribus ex scripto contestationibus, habentibus testimonia trium virorum fide dignorum, monuerat, ut abstineret a conversatione cum uxore in suspecto loco, & tamen postea iterum invenerat convenientem suæ uxori, per *Novell. 117. cap. 15.* uxorem tamen in adulterio deprehensam si occidat, capitaliter quidem non punitur, sed vel relegatione, vel alio modo, quia dolorem justum temperare difficillimum est. *vid. l. 38. §. 8. ff. eod.*

conf.

conf. l 3 §. 3. ff. de SCto Silan. & l. 1. §. 5. ff. ad. l. Cornel. de Sicar. De Jure Saxon. itidem vel relegatur, vel mulcta ipsi dictatur, & simul Wergeldum tenetur solvere. *vid. Carpz. decis. 95. num. 19.* Porro licet occidere raptores virginum, uxorum, viduarum &c. si a parentibus consanguineis, aut tutoribus in ipsa rapina & flagrante delicto deprehenduntur, *per l. un. C. de Rapt. virg.* ut & transfugas *per l. 3. §. 6. ff. ad l. Corn. de Sicar.* Neque punitur, qui, dum juste se defendit, occurrentem alium & prætereuntem præter omnem suam intentionem interfecit, *vid. l. 2. C. ad l. Corn. de Sicar.* ubi dicitur, quod constitutus in discrimine vitæ non solum occidere possit aggressorem, sed etiam quemcunque alium: ubi gl. verbum *alium* explicat: *sive sit socius aggressoris, sive non. conf.* P. H. O. *art. 145.* So einer in einer rechten erwiesenen Noth-Wehr wider seinen Willen einen Unschuldigen mit Stichen, Streichen, Würffen, oder Schiessen, so er den Nöthiger meynet, treffe, oder entleibet hätt / der ist von Peinl. Straf entschuldiget. Nec obstat *l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil.* ibi enim de speciali casu agitur, quando scil. quis se non tam de defendere, quam ulcisci voluit. Navigia quoque prædonum marinorum, Raub-Schiff / licite non solum diripiuntur; *auth. navigia C. de furt.* sed & ipsi ab occurrentibus impune læduntur: *c. si quis ob fortitudinem latronis aut piratæ 23. q. 3.* & ut capiantur, naves exploratoriæ excursoriæ, Auslauff-Schiff, securitatem maris explorantes ac tuentes, & mare a talibus infestatoribus purgantes, haberi solent. *vid. Becht. loc. supra cit.* §. 128. Quæritur hic an filius, præfectus militum, patri hosti patriæ & excursori maxime noxio occurrens,

 possit

possit ipsum jure interficere? Quod affirmandum videtur per *l. 35. ff. de religios.* quamvis enim parentes & liceri sibi invicem natura ad amorem pocius & beneficia obstricti sint, patriæ tamen potior habenda est ratio. *conf. Magnif. Dn. Struv. tr. de vind. priv. c. 3. aph. 3.* Pater etiam eo ipso, quo hostis est, non amplius habetur pro patre, sed pro externo alio hoste: & obligationem, qua filius ei devinctus erat, remisisse in tali casu censendus est. Humanitati tamen convenientius aget filius, si proprias manus patri non injiciat, sed commilitonibus ipsum concedat capiendum, si fieri possit; sin minus, occidendum Reus etiam si se ita contra ministros Magistratus, capere ipsum volentes, defendat, ut nulla alia ratione capi possit, aut evasio ejus noxia futura sit Reipublicæ, licite interficitur. *vid. l. 29. §. 7. ff. ad L. Aquil. & l. si servus C. de his qui ad Eccles.* præsertim si specialiter vivus aut mortuus exhiberi jubeatur. Huc præterea pertinet id, quod ex consuetudine recepta inter Hungaros & Turcas, tempore etiam durantis pacis, admittantur excursiones ac velitationes, modo agmen non sit ultra 5. millia & non adsint tormenta bellica, & talis consuetudo etiam in Africa esse fertur. Nec illud omittendum, quod olim apud Romanos, si servus vias effodiebat aut subruebat, aut aliquid ibi construebat, ab obviante licite fustigari poterat. *vid. §. 2. l. un. ff. de via publica.*

Offensionem illicitam quod spectat, notum quidem alias est, hostem, ubicunque deprehenditur, posse offendi; Tamen si in territorio pacato reperiatur, eum ibi violare aut interficere non licet, idque ob Jus ejus, qui ibi habet Imperium. *conf. Grot. de I. B. & P. lib. 3. cap. 4. n. 8.*

n. 8. & *Burger. obs. Jur. Milit. cent. 1. obs. 29. §. Late autem:* Und ist noch heutiges Tages bey Neutralen Orten unzuläßig/ daß zwey feindliche Partheyen darinne einander angreiffen und beleidigen können: inmassen bey denen neulichen Kriegen sich öffters begeben, daß in neutralen Städten/ als Franckfurth, Straßburg und dergleichen, Kayserliche und Schwedische aus und ein geritten/ in denen Wirths-Häusern auch zuweilen zusammen gessen und getruncken haben, sich aber ab omni mutua offensione & violentia enthalten müssen. Notabile etiam exemplum recenset *Livius Hist. lib. 28. cap. 17. 18.* de Scipione & Asdrubale, qui cum casu, eodem die, in eundem portum regis Masæsylorum Syphacis convenissent, non solum ibi omni offensione abstinuere, sed etiam apud regem illum ad easdem epulas venientes eodem quoque accubuerunt lecto. Apud Romanos ubi Virgo Vestalis erat, ibi omnis offensio erat illicita, nec ignoravit hæc Claudia Vestalis, utpote quæ fratrem injussu populi triumphantem, ascenso simul curru, usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare aut intercedere cuiquam Tribunorum fas esset. *vid. Lips. append. Admirand. de Vesta & Vestalibus p. m. 366.* Illicita quoque est offensio in Asylis: *conf. Nicol. Myler. de Jure Asyl. cap. 6. n. 21.* ut & tempore Induciarum, *vid. Grot. de I. B. & P. lib. 3. cap. 21. n. 6.* Ex tradito certis conditionibus fortalitio abeuntibus beneficio certi Articuli promitti solet salvus conductus, adeo, ut in via nemini hostium ipsos offendere liceat. *conf. punct. 2. Conventionis de traditione Philipsburgi. Anno 1644. in Theatr. Europ. Tom. V. p. 559.* Apud Incolas Regni Maroco tempore belli quoque peregrinos & viatores nulli licet offendere. *vid. Arcbont. Cosm. p. 731.* Qui lapsus Servum occurrentem

tem onere pressit, quoniam plus justo se oneravit, tenetur L. Aquilia: *per l. 7. §. 2. ff. ad l. Aquil.* item qui de ponte obvium præcipitavit, *per §. 7. ibid.* ut & ille, qui equitantem concitato equo effecit in flumen præcipitari, tenetur actione in factum, *vid. l. 9. §. 3. ff. eod.* Judæos quoque ob solam suam superstitionem offendere non licet, *per l. 14 C. de Jud. & l. 6. C. de paganis.* Hodie autem non peragrare secure possunt quæcunque territoria, uti tradit *Heig. p. 1. q. 4.* Nundinarum tamen solenniorum tempore plerumque accedere commerciorum causa non prohibentur. *vid. Reform.* guter Policey *de Anno 1577. tit.* von Jüden. Rustico feris in agris suis damna dantibus obvianti nulla læsio permissa est, sed tantum parvis canibus illas fugare licet. *vid. Elect. Sax.* Ausschreiben etl. Artickel zu Abwendung der angegebenen Landgebrechen *de Ao. 1555.* Molitori, si in mola vicini sui, quamvis alienæ Jurisdictioni subjaceat, vitium sentit, licet eam visitare, ita, ut a nullo ideo offendi possit, & si quid minus recte constitutum videt, notificare iis, qui dicuntur die Geschwornen. *vid Elect. Sax. Joh. Georg. I.* Wasser- und Mühl-Ordnung *de Anno 1653.* Venatoribus canes rusticorum prope sylvas habitantium baculum ligneum e collo dependens quidem habentes, contra mandatum tamen in agris deprehensos lædere non concessum est, sed tantum debent illos persequi usque in pagos, ibique percontari de dominis eorum, ut hi deinde mulctam sufferre cogantur. *vid. Elect. Joh. Georg I.* Befehl *de 8. Aprilis Anno 1619.* Denique iter faciens si necessitate urgente equum suum deficientem pabulare vult, facultatem habet tantum, quantum stans uno pede in via arripere potest, ad refectionem equo suo porrigendi, nec obvianti Domino illum offendere licet, per *text.* Landr. *lib. 2. art. 68.*

CAPUT

CAPVT VI.

DE
OCCVRSV PRAEMEDITATO.

Promiſſi noſtri ſupra facti memores, pauca jam addemus de Occurſu Præmeditato, qui, uti diximus, eſt vel divinus, vel humanus. Divinus eſt, qui ſecundum voluntatem Dei vel ab Angelis, vel hominibus, vel alia creatura perficitur. De Occurſu Angelorum mentio fit *Geneſ. 16. v. 7. & cap. 32. §. 1. 2. Maccab. cap. 10. v. 29. 30. & ibid. cap. 11. v. 8.* Liberator ille, qui Maximiliano I. cum in cacumine alicujus montis, non procul ab Oeniponte, maximo cum vitæ periculo, hæreret, obviavit, ſub forma ruſtici junioris, procul dubio etiam fuit Angelus, de qua hiſtoria *vid. Braunius Tom. V. Theatr. Vrbium.* Humani Occurſus juſſu divino inſtituti illuſtre exemplum legimus *Exod. cap. 4. v. 27.* ibi: *Et dixit Jehovah ad Aaron, vade in occurſum Moſeh in deſertum. Et perrexit & occurrit ei in monte Dei, oſculatusque eſt eum.* Quem occurſum fratris Deum Moſi prænunciaſſe patet *ex v. 14. ibid.* ubi hæc verba repeꝛiuntur: *Et etiam ecce ipſe egreditur in occurſum tui: qui videbit te & lætabitur in corde ſuo.* Præterea nuncius ille, qui ad Saulem, Davidem cum ſuis circumdantem, in deſerto Maon, venit, non ſine ſingulari Dei providentia veniſſe videtur, de quo lege *1. Samuel. 23. v. 25. ſeqq.* An etiam occurſum Atavi mei, Carbonarii illius, qui Principi Alberto, cum Sereniſſimo Fratre Erneſto, ex Arce Miſnenſium Altenburgenſi *7. Jul. Anno 1455.* a Kauf-

fungo audacissimo plagio noctu surrepto, & in sylva non procul a pago Wiesenthal d. 8. Jul. tempore meridiano, fraga sitis compescendæ causa colligenti, (quando Kauffungus cum ipso non amplius ultra dimidium milliaris a finibus Bohemorum abesset,) obviavit, eumque liberavit, an inquam, occursum illum divina providentia non singulariter direxerit; cujuslibet prudenti judicio relinquo dijudicandum. Plura de hac liberatione *vid. in Albini* Meißnischer Land- und Berg-Chronicke *Tit. 21.* Denique quod Prophetæ illi, qui venerat quidem in Bethel, secundum mandatum divinum, ei tamen non quoad omnia paruerat, leo in via occurrit, ipsumque occidit, per singularem Dei voluntatem factum fuisse, non obscurum est. *vid. 1. Reg. 13. v. 24.* Præmeditatus occursus Humanus instituitur primo reconciliationis gratia, ita servi Jacobi cum donis occurrebant Esavo: *vid Genes. c. 32. v. 16. seqq.* & placandi causa Abigail occurrebat Davidi. *1. Sam. 25. v. 20. seqq.* Deinde etiam nonnunquam ob alium finem. Sic in urbe Fezza Telonarii, qui de vectigali partem salarii accipiunt, aurigis æ mulionibus extra urbem occurrere & merces visitare solent, quo eum, qui non omnia sua indicat, duplex vectigal solvere coganti. *vid. Archont. Cosm. p. 739.* Potissimum autem in honorem aliorum decernitur, qualia exempla legimus *Genes. cap. 14. v. 17.* & *1. Sam. 18. v. 6. 7.* Ita apud Hebræos & alias Gentes mos fuit, ut viris magnis urbem intrantibus cives obviam prodirent cum lampadibus ardentibus. *conf. Boxhorn, Art. Orat. part. 2. cap. 9. quæst. 4. p. m. 371. seqq. add. Jud. c. 3. v. 8.* Pyrrhus Rex Epiri Legatis Romanorum ad redimendos captivos castra sua petentibus ipse cum e-

qui-

quitatu extra portas occurrit, quo honestis exciperentur. *vid. Valer. Max. lib. 5. cap. 2. §. 3.* quoad alia exempla *conf. jam. cit. Aut. lib. 5. cap. 1. §. 1.* & *Vellegum Paterculum lib. 2. hist. cap. 45. 49. 89.* Porro Senatui Romano eo die, quo de Imperio Vespasiani censebat, placebat mitti, qui occurrerent Principi, legatos, teste *Tacito lib. 4. Hist. cap. 7. §. 1. & 4.* Non inusitatum quoque fuit, ut Principes Romani cadaveribus suorum extra Romam defunctorum honoris gratia obviam progrederentur: ita Augustus corpori defuncti Drusi Patris Germanici, asperrimo hiemis tempore, Ticinum usque occurrit, nec abscedens a corpore simul urbem intravit, & mortui Germanici urnæ Drusus cum Claudio fratre liberisque Germanici, qui in urbe fuerant, Terracinam obviam progressus est. *vid. Autor jam cit. Annal. lib. 3. cap. 5. v. 1. 2. 3. & cap. 2. v. 4.* Illud adhuc notandum inter alia privilegia, quæ apud Romanos isti habuerunt, qui, post impletam militiam, vel advocationem, per provincias suis commodis vacantes commorabantur, hoc quoque unum fuisse, quod præsidibus ultra portas occurrere non cogendi erant. *per l. 1. C. Quibus muneribus excus.* Nec præterire possumus ridiculum illum occursum Legato Cæsareo *Ao. 1665.* prope urbem Sophiam factum ab aliquoties mille mulierculis Turcicis, quæ totum corpus linteaminibus albis exornaverant, risum autem dicti Legati Turcico Commissario Agæ displicuisse, ex eo apparuit, quod post hujus prohibitionem Legationi nec Philippopoli, nec Adrianopoli tale jucundum spectaculum iterum oblatum fuit. *vid. Theatr. Europ. Tom. IX. p. 1523.* Ad dicta hæc de occursu honoris causa instituto, suo modo etiam pertinere videtur conductus ille honorificus,

cus, qui Principibus Imperii præstatur, diciturque das entgegen reiten empfahen und begleiten Fürstl. Persohnen/ de quo *vid. Strauch. Diss. Exod. XI. §. 4.* & præstari debet necessario Conductus Electoribus Francofurtum ad Mœnum, Electionis celebrandæ gratia proficiscentibus, ab omnibus illis Principibus, & Dominis, per quorum fines & territoria iter faciunt Electores, sub pœna amissionis omnium Regalium & Feudorum Imperialium, uti patet ex A. B. *cap. 1. §. 1. & 2.* add. *Cœcler. in Conductore Carolino.* Transgressum jam facimus ad varias ceremonias, quæ cum Imperator ad Imperatorem, vel Rex ad Regem &c. Legatos mittit, quoad honorificum Occursum obtinere solent. Anno 1665. quando Legatus Imperatoris nostri cum Legato Turcico circa fines utriusque Territorii Hungarici commutaretur, tres Columnæ ligneæ erigebantur, quarum duæ extremæ amborum fines, scilicet una Christianorum, altera vero Turcicum solum signabat, media autem erat distinctio finium & terminus, ubi ambo Legati convenire & per Commissarios ablegatos commutari debebant. Primo igitur inter utramque Partem conventio facta, ne ullus Legatorum plures, quam decem, personas secum ultra lineam apud primam seu exteriorem columnam usque ad mediam duceret. Postea quisque Legatorum a suis Commissariis, & quidem Turcicus ductorum brachiis se suffulciens Romano in occursum ducebatur, ubi alter alterius passus accurratissime observabat usque ad metam commutationis, ne ullus aut Principalis, sui, aut sua propria dignitate indignum aliquid committeret. Tandem cum jam ad mediam columnam perventum esset, Legatus Romanus

nus illam dextra, Turcicus vero finiſtra apprehendebat, & tunc alter alteri manum porrigebat: ſalutatione autem aliisque ceremoniis utrinque peractis quisque intrabat Territorium alienum: de his *vid. Theatr. Europ. Tom. IX. p. 1515.* Quando Magnates ipſi pari dignitate gaudentes, aut Legati eorum vel ſibi invicem occurrunt, vel alias conventum habent, omnis contentionis evitandæ cauſa plerumque ſimul vel equis deſcendere, vel carpentis exſilire ſolent. Ita cum Rex Sueciæ & Rex Daniæ *Anno 1658.* in loco, qui a Fridericiburgo dimidium milliaris abeſt, Conventum haberent, ſimul fere carpentis exſilebant, occurrentesque manus invicem porrigebant, poſtea Danus Suecum in carpentum ſuum ſecum ducebat, eique, utpote hoſpiti, primarium concedebat locum. Commiſſarius Cæſareus, ut *Anno 1665.* Legato Turcico occurrit, & Turcam ad quindecim circiter paſſus appropinquantem vidit, ablegabat ad ipſum Interpretem Cæſareum, ad notificandum, ſe juſſu Cæſaris huc veniſſe, illum benigne excepturum. Si itaque vellet equo deſcendere, ſe idem facere decreviſſe, quo facto, poſſet amplexatio & conventus ſequi: Verum aliqua difficultas negotium hoc ſuſpendebat aliquantum, quia nec Commiſſarius, nec Legatus Turcarum primus deſcendere voluit, donec tandem ſimul deſcenderunt & poſtea capite utrinque operto ſeſe amplexati ſunt, ſonantibus interea fortiter tympanis atque tubis. Similiter cum *Anno 1664.* Cardinali Legato Dux *d'Orleans*, comitatus a Ducibus *de Retz & Villeroy*, occurreret, ſimul carpentis exſiliebant ambo, omnibusque ceremoniis uſitatis peractis *d'Orleans* Cardinali Legato etiam primarium locum in ſuo

carpento concessit. Porro si Magnates ipsi inter se conventum instituunt aut horum Legati, singularia quædam circa occursum observantur. Sic quando Rex Hispaniæ & Galliæ in Insula, dicta die Friedens-Insul *Anno 1660.* conventum celebrarent, ambo in pari splendore pergebant usque ad Lineam regna distinguentem, genuque uno in terram posito, amicisque collocutionibus & amplexationibus peractis ita discedebant, ut alter alteri continue non dorsum, sed vultum monstraret variaque signa honoris invicem ostendebant, quisque usque ad januam suæ cameræ exterioris. Item cum *Don Louis de Haro* & Cardinalis *Mazarini Ao. 1659.* in Insula fluvii Bidassoa / prope Pyreneos montes, quæ vocatur die Fasanen-Insul / propter Tractatus Pacis inter Regem Hispaniæ & Galliæ conferentiam habere voluerunt, quisque camera sua egressus est, postea in Conclavi Conferentiæ (quod in quadrum exstructum & certa linea divisum erat,) penes Lineam Regna distinguentem amice congressi, horas aliquot invicem verba fecerunt: tandem, quoniam Cardinalis *Mazarini* primus ad Insulam accesserat, etiam primus discessit, *vid. Theatr. Europ. Tom. VIII. p. 134. & p. 1291.* Cum Rex aliquis Principi occurrit itidem singulare quid observatum fuit. Ita quando Rex Galliæ Duci *de Modena* usque ad *Charenton* equo vectus *Anno 1655.* occurreret, & Dux ille Regem ultra ducentos passus primum animadvertisset, ab equo statim desiliit & ad Regem similiter descendentem appropinquavit, ubi ipsum genu uno in terram flexo salutabat: quo tamen in statu Ducem Rex non diu versari passus est, sed postquam ipsum tertia vice erexerat, in cerpentum suum Regium sessum recepit. Notabilis

lis etiam occursus factus *Anno 1655.* tunc enim, cum Regina Suecorum Christina Romam tendens jn via Ferraram ducente incessit, ei usque ad decem milliaria Vicelegatus & ad 4. milliaria Cardinalis *Santa Susanna*, comitatus ab universa nobilitate Ferrariensi, occurrerunt. Ad Audientias solennes quod attinet, in iis quoque varia quoad occursum observantur, imo interdum controversiæ ideo oriuntur: qualis casus accidit *Anno 1664.* ubi, ut Cardinalis Legatus Parisiis solennem introitum habere voluit, & ab eo postulabatur, ut Membris Parlamenti gratulandi causa ad eum accedentibus tribus passibus occurreret, simul pileum suum manu tenens, recusavit illud, allegans una Memoriale Cardilis *Barbarini*, qui scripserat se solum pileum suum tetigisse, absque ulla detractione, nec etiam tribus passibus occurrisse. *vid. Theatr. Europ. Tom. IX. p. 1434.* Rex Galliæ, quando *Anno 1664.* Cardinalem Legatum audiret, illi in Conclavi usque ad quatuor aut quinque passus ab ostio occurrit, ipsumque postea duxit ad locum, qui appellatur *Ruelle du Lit. vid. ibid. p. 1436.* Elisabetha Angliæ Regina cum *Anno 1581.* Ambassadoribus Henrici II. Galliæ Regis solenniter aures præbuit, in quodam quasi theatro se videndam exponebat, & ut Princeps *Daufin*, filius Ducis *de Montpensier*, regie ex sanguine natus, Caput horum Ambassiadorum, usque ad decem aut duodecim passus a throno ejus non procul a fine theatri constituto appropinquavit, surgebat ipsa, ac occurrens huic usque ad primum theatri gradum sese ad osculum offerebat. *vid. Wicqueforts Ambassadeurs-Verrichtungen lib. 1. sect. 18. p. 301.* & de pluribus aliis, *ibid. sect. 19.* Præterea Status Belgii Confœderati *Ao. 1662.*

decre-

decreverunt, ut Ablegatis extraordinariis Regum, qui Gallis dicuntur *Envoyés*, in Palatio, appellato das Staats-Hauß, duo Commissarii ad id delegati extra januam Conclavis usque ad primum scalæ gradum occurrerent, ultra vero non. *vid. Theatr. Europ. Tom. IX. p. 726.* Similiter notabilis est ille occursus præmeditatus, qui in Expeditione Romana inter Imperatorem Rom. & Pontificem olim in usu fuit, ubi Imperator huic steugam tenuisse dicitur, scilicet: Im Römer Zug, da der Kayser die Cron holete, wenn der Kayser und Pabst einander begegneten, stiegen sie beyde abe, und der Kayser hielt dem Pabst den Steig-Bügel Unde postea quidam inferebant Imperatorem esse Vasallum; sed absque ulla justa ratione, hoc enim factum esse potuit in reverentiam Ecclesiastici patris. Nec transire possumus istum occursum, qui quando noviter electus Rex Sueciæ solenne per totum Regnum iter facit, a subditis institui solet, de quo *vid. Respublica Regni Sueciæ,* quæ Lipsiæ *1632.* lucem vidit *l. 2. c. 6.* ibi: Die Führung aber des Königs durchs Königreich soll in dieser Ordnung geschehen: Die Inwohner des Upsalischen Kreyßes sollen ihm nachfolgen bis ins Stregnensische Weichbilde, da die Inwohner aus Sudermannland Ihm entgegen kommen, Ihn begleiten, und bis in Suintanien Ihm nachreisen sollen: Da dann die Ost-Gothländer Ihm entgegen ziehen, Ihn durch ihr Gebiet bis mitten in den Wald, den man insgemein Holevegen nennet begleiten sollen: Da die Leute aus Smaland dem Könige begegnen, und Ihme, wie zuvor die andern gethan, durch ihren Kreyß bis an den Ort Junabak, das Geleite geben sollen: Da die West-Gothen im An-

zuge

zuge seyn / Ihn wie die andern, mit ihrer Versicherung, Geisseln und andern Bereitschafften annehmen, und Ihm bis an den Ort, welcher Romunuabodha, nachziehen: Da die Leute aus Nericia dem König entgegen kommen, und Ihn bis zur Brücken Oppugnabro begleiten werden: Da sich die Leute aus dem Weßmanner Land Gebiet herfür thun werden, Ihn an sicherm Gleit führen / bis zur Brücken Octentro: bey welcher Brücken die Leute aus dem Upsalischen Kreyse Ihm entgegen ziehen, und Ihn in sicherm Gleite gen Upsal bringen werden. Und alsdann, wann er solche Reise durch das Land verrichtet, ist er rechtmäßiger Weise zur Cron und Königreich auf und angenommen / und ordentlicher Weise nach den Reichs-Satzungen erwehlet worden / &c. Singulare apud Turcas hoc est, quod filia Sultani Sponso suo, qui plerumque est Bassa quidam, Cameram intranti non prius occurrit, quam ostendat sigillum Sultani Patris, quo contractus nuptialis confirmatur. *vid. Francisci* Lust-Schau-Bühne *Tom. III. p.787.* Addi etiam illud meretur, quod, cum *Anno 1632.* Rex Suecorum Gustavus Adolphus cum exercitu suo tenderet Monachium, de occupatione ejus cogitans, nisi sequeretur promissa subjectio, cives se dedere decreverunt, & ideo miserunt Seniores Urbis, qui Regi occurrerent, genuaque flectentes offerrent ipsi non solum urbis Claves, sed etiam scriptum aliquod, ex quo varia dependebant sigilla, submissionem ac obedientiam indicantia: quibus ita peractis, Rex ipsis aggratians urbem etiam intravit. *vid. Theatr. Europ. Tom. II. p.564.* Denique cum interdum controversia oriatur inter Parochos & Paroecias, quousque illi teneantur

I occur-

occurrere Processioni funebri, institutæ a Paroecis in alio pago habitantibus, non inutile erit addere, quid in Electoratu Sax. tali in casu Juris sit. Videri itaque potest *Elect. Augusti* Kichen-Ordnung *d. 1. Jan. Anno 1580.* ibi: Als auch in den Dörffern zwischen dem Pfarrherrn und den eingepfarrten sich mehrmahls Zwietracht zugetragen, wann aus den eingepfarrten Dörffern Leichen gebracht werden, wie ferne der Pfarrer ihnen entgegen gehen soll, weil besonders zu Winters-Zeiten, auch sonsten wenn Ungewitter, man in den Dörffern nicht wohl fortkommen kan, sollen die Pfarrer nicht schuldig seyn, über den dritten Hof sie zu begleiten, es wäre denn gut Wetter, daß sie auskommen könten, und solches gutwillig thun würden, darinne sie sich denn der Gebühr nach wohl werden zuverhalten wissen.

Appendicis loco illud adjiciendum, quod, quoniam tam variæ conditionis homines quotidie sibi occurrunt, non parum faciant ad securitatem certa signa, & ad meliorem dignationem cuilibet assignatus vestitus: qualis enim quisque extrinsecus videtur, talis judicari potest. *vid. Gotbofred. ad l. 15. §. 25. ff. de injur.* Signum securitatis ipse Deus Caino impressisse dicitur, *Genes. 4. v. 15. sqq.* ne scilicet ab ullo, cui obviaret, interficeretur. Ita Legati populi Romani ferre solebant quasdam herbas, sagmina dictas, ne quis eos violaret, *vid. l. 8. §. 1. ff. de divis. rer.* Ideo quoque Tabellarii ordinarii & Cursores publici insigne Principis, aut Magistratus sui gestare solent. Vestitus differentiam quod spectat, eam etiam Veteres Romani non negligebant, hinc usus togæ peregrinis erat interdictus, ut & prætextarum, cum

Ro-

Romani pueri prætextati essent, testo *Gothofred. ad l. 32. ff. de captiv. & postlim.* Porro qui reo affinitate ita conjuncti erant, ut inviti in eum testimonium dicere cogi non possent, vestem sordidam in publico habebant, capillumve submittebant, *conf. l. 39. ff. de injur.* Olim quoque Officiales pectora sua discoloribus palliis contegere debebant, ut ita conditionis suæ necessitatem ex tali agnitione testarentur, *vid. l. 1 C. Th. de habitu, quo uti oportet intra urbem*, & ad eam *Comment. Gothofred.* Postea etiam non paucæ ordinationes vestitum concernentes factæ sunt, qualem legimus in *Rudolphi II. Imperat.* Policey Ordnung zu Franckfurth 1577. aufgericht. Præterea currente hoc seculo diversæ sunt editæ v. g. Policey und Kleider-Ordnung, *Elect. Sax. Joh. Georg. I. Anno 1612.* item *Joh. Georg. II.* Policey Ordnung *Ao. 1653.* ubi itidem de vestitu simul agitur. Dantur quoque certæ personæ, quæ signo certo aut singulari vestitu uti debent, quo ab aliis dignosci possint: tales sunt carnifices, & Judæi, *vid.* Reformation guter Policey zu Augspurg *Anno 1530.* von *Carolo V.* aufgericht *artic. 21. ibi*: Es soll auch eine jede Obrigkeit ein fleißiges Einsehen thun, daß sich die Züchtiger, Nachrichter und Feldmeister oder Abdecker mit ihrer Kleidung tragen, damit sie vor andern erkannt werden mögen. & *art. 22. ibid.* Deßgleichen daß die Jüden einen gelben Ring an dem Rock oder Kappen allenthalben unverborgen zu ihrer Erkäntniß öffentlich tragen, *conf. Den. t. 150. §. 1.* Lictores quoque variis in locis singularii vestitu, aut pileo peculiari, vel etiam virga seu baculo lictori uti debent, ut ab aliis dignosci possint. *vid. Becht. loc. supra cit. §. 200.* Quin & meretrices cogi possunt ad gerendum habitum

diſtinctum ab aliis honeſtis mulieribus. *vid. Schneidw. ad tit. I. de hered. quæ ab inteſtato def. n. 12. & ad tit. I. de Injuriis n. 26.* Sed hæc hactenus. Habes itaque jam Lector benevole, quæ de eo, quod circa Occurſum juſtum eſt, erudito tuo judicio ſubjicere placuit, ſpei tuæ ſi non ſatisfecimus, veniam ſperabimus, ſemperque meliorem informationem exoſculabimur.

COROLLARIA.

I.

Imperator videtur poſſe deponi ob cauſas graviſſimas.

II.

Delinquens contra voluntatem ſuam non punitur.

III.

Puella homicidam matrimonii promiſſione liberare non poteſt.

IV.

Philtrum dans, ſi moritur, cui dedit, capitaliter puniri meretur.

V.

Statibus Imperii contra Imperatorem, in periculo Religionis, ſuccurrere licet; mere Subditis non.

VI.

Vxor, quæ maritum diu ex neceſſitate abſentem mortuum audiens alii nupſit, etiamſi prolem ex eo ſuſceperit, tamen priorem maritum, ſi revertatur, tenetur recipere.

VII.

Perſona illuſtris cum Plenipotentiario copulata, ſi in raptum conſentit, adulterium committit.

VIII.

VIII.

Coacta a parentibus ad nuptias, si postea adulterium committit, etiam pœna ordinaria afficienda est.

IX.

Matris conservandæ causa exclusio fœtus qualiscunque, etiamsi non nisi cum morte ejus fieri possit, licite promovetur.

X.

Ab hostibus stuprata corollæ gestatio permitti potest.

XI.

Spem matrimonii in virgine deformata æstimare licet.

XII.

Monialis nubendi causa salvi conscientia potest Monasterio egredi.

XIII.

Vxor homicidiæ, qui aufugit, nec citatus redit, alii nubere potest.

XIV.

Voluntate Dei Mutationes in Rebuspublicis fiunt (1.) Influenter, cum finis & media sunt bona (2) Directive, cum Deus media illicita dirigit ad bonum finem. (3.) Permissive, quoties & finis & media sunt illicita.

XV.

Præstatio Juramenti Fidelitatis Vasallo a Domino Feudi remitti potest.

XVI.

Peregrinans si sub minis mortis ad congressum cum lasciva fœmina cogatur, melius agere videtur, si mortem potius patiatur, quam ut in tale peccatum consentiat.

XVII.

Majestas est a Deo & mediate & immediate.

XVIII.

Vt aliquis Sponsæ suæ defunctæ matrem aut novercam in uxorem ducat, per dispensationem fieri potest.

XIX.

Filia, quæ alias satis honeste vixit, nec tamen post multos annos in matrimonium est petita, si postea spe hujus ad congressum seducta fuit, ut ob id solum a Patre exheredari debeat, affectio paterna haud videtur permittere.

XX.

Non ex omni obligatione datur actio.

XXI.

Sponsalia sub certa conditione inita, si illa non impleatur; possunt rescindi.

XXII.

Prohibitio nuptiarum Clericorum est contra Jus Naturæ.

XXIII.

Patrinus susceptam ex fonte baptismatis in uxorem ducere potest.

XXIV.

Filia matrem libidinose viventem ab hereditate non potest excludere.

XXV.

Lex injusta etiam Lex est.

XXVI.

Juramentum Regis generale, de non alienandis bonis

Coto-